tura q̄ dicit. Et cū iniq̄s reputat? ē. Et
p̄tereūtes blasphemabāt eū mo-
uētes capita sua. et dicētes. Vach q̄
destruit tēplū dei et i trib? dieb? edi-
ficat? Valū fac teipm̄ descēdēs d̄
cruce. Dicit et summi sacerdotes lu-
dētes ad alterutq̄ cū scrib dicebāt
alios saluos fecit: seipm̄ nō p̄t sal

nū facere. christus rex israel descendat
 nūc de cruce: ut videam? et creda-
 mus. Et quod cum eo crucifigi erat: qui-
 ciabatur ei. Et facta hora sexta: tene-
 bre facte sunt per totam terram usque
 in horam nonam. Et hora nona: excla-
 mauit ihesus voce magna dicens
Helop: helop: lamazabathani?
Quod est interpretatum. Deus me-
us: deus meus: ut quid dereliquisti
me? Et quidam de circumstantibus au-
dientes: dicebant. Ecce helpam vo-
cat. Currens autem vnus et implens
spongiam aceto. circumponensque cala-
mo potum dabat ei dicens. Dinite:
videam? si veniat helpas ad depo-
nedum eum. Ihesus autem emissa vo-
ce magna: expirauit. ✠ Et velum
templi scissum est in duo: a sursum
usque deorsum. Videns autem cen-
turio quod ex aduerso stabat. quia sic
clamans expirasset: ait. Vere: homo
hunc filius dei erat. Erant autem et mulie-
res de longe aspicientes: in quibus erat
maria magdalene: et maria iaco-
bi minoris et ioseph mater et salome
Et cum esset in galilea: sequebatur eum: et
ministrabat ei. Et alie multe: que si-
mul cum eo ascenderat iherosolymam
Et cum iam **Euangelium.**
sero factum esset: quia erat pa-
rasceue quod est ante sabbatum: venit
ioseph ab arimathia nobilis de-
curio. qui et ipse erat expectans reg-
num dei. Et audacter introiit ad pp-

latum: et percussit corpus ihesu. **Ps.**
 latus autem: mirabatur si iam obisset
 Et accersito centurione: interro-
 gauit eum si iam mortuus esset. Et
 cum cognouisset a centurione: dona-
 uit corpus ioseph. Ioseph autem mer-
 catus syndonem: et deponens eum in
 uoluit syndone: et posuit eum in mo-
 numento quod erat excisum in pe-
 tra. Et aduoluit lapidem ad ostium
 monumenti. **Offertorium.** Custodi
 me de manu peccatoris. et ab ho-
 minibus iniquis eripe me domine.
Sacrificia nos quos **Secreta.**
 domine propensius ista restauret. que me-
 dicinalibus sunt instituta ieiuniis.
 Per dominum. **Co.** Aduersum me
 exercebatur qui sedebat in porta
 et in me psallebat quod bibebat vinum
 ego vero orationem meam ad te domine
 tempus beneplaciti deus in multitudine
 misericordie tue. **Complenda.**
Sanctificationibus tuis opus deus et
 vicia nostra curent: et remedia nobis
 sempiterna pueniant. **P.** **Supplicium.**
Qua nos misericordia deus. et ab
 omni surreptione vetustatis expur-
 get: et capaces sancte nouitatis ef-
 ficiat. **P.** **Feria. iiii. Introitus.**
In nomine domini omne genu flecta-
 tur celestium terrestrium et infer-
 norum quod dominus factus est obediens usque ad
 mortem: mortem autem crucis: ideo dominus ihesus
 christus in gloria est dei patris. **Ps.**
 Domine exaudi orationem meam et clamor
Th **iiij**

meus ad te veniat. **Hinc** **D**ñs
vo. **O**rem? **E**lecta. **L**euate.

Presta quesum? **Collecta.**
Domnipotens de? . ut qui nr̄is
excessib? incessanter affligimur p
vnigeniti tui passionē liberemur
Qui tecum viuūt et regnat.

Lectio psalme prophete. lxxij.

Dec dicit dñs deus. Dicite fi-
lie syon. Ecce saluator tuus
venit. et merces ei? cū eo. Quis ē
iste q̄ venit de edom: tinctis vesti-
bus de bosra? Iste formosus in sto-
la sua: gradies in multitudine for-
titudis sue. Ego q̄ loquor iusticiā:
et ppugnator sū ad saluādū. Qua-
re ergo rubz ē indumentū tuū. ⁊
vestimēta tua sicut calcaciū in tor-
culari? Torcular calcami sol?: et de-
gentib? nō ē vir mecū. Calcaui e-
os in furore meo: ⁊ pculcaui eos ī
ira mea. Et asplius ē sanguis eoz
sup vestimēta mea: ⁊ oia indumē-
ta mea inq̄naui. Dies em̄ vltiōis
in corde meo: ānus retributionis
mee venit. Circūspexi ⁊ nō erat au-
xiliator: q̄sui ⁊ nō fuit q̄ adiuuaz
Et saluauit michi brachiū meū: ⁊
indignatio mea ipsa auxiliata est
michi. Misericordiā dñi recorda-
bor: laudē dñi sup oib? q̄ reddidit
nobis dñs deus noster. **Grad.**

Ne auitas faciē tuā a puero tuo
qm̄ tribulor velocitē exaudi me **v.**
Saluū me fac de? qm̄ intrauerūt

aq̄ vsq; ad aiām meā infirus sum
in limo pfundi ⁊ nō ē substantia.
Hic dñs **D**ñs vo. **O**rem?. **E**lec-
tam? ge. **L**euate. **Collecta.**

Deus q̄ p nobis filiū tuū cru-
cis patibulū subire voluisti
ut inimici a nobis expelleres pote-
statē concede nobis famulis tuis
ut resurrectionis ei? gratiā psequa-
mur. **P. eūd** **Lectio psalme. lxxij.**

En diebus illis. Dixit psalms.
Dñe q̄s credidit auditui nr̄o
et brachiū dñi cui reuelatū est. Et
ascēdit sicut virgultū corā eo et si-
cut radix de terra siciēti. Et nō est
species ei neq; decor: ⁊ vidim? eū ⁊
nō erat aspect? . Et desiderauim?
eū despectum ⁊ nouissimū viroz
virū dolor et scientē infirmitatē
Et quasi absconditus vult? eius et
despect? : vñ nec reputauimus eū
Vere lāguores nr̄os ipse tulit. et
dolores nr̄os ipse portauit. Et nos
putauim? eū q̄si leprosu et pculsu
a deo ⁊ hūiliatū. Ipse at vulnerat?
est pp̄ iniquitates nr̄as. attrit? ē pp̄
scelera nr̄a **D**isciplia pacis nr̄e su-
p eū: ⁊ liuore ei? sanati sum? **D**ēs
nos q̄si oues errauim? : vnusq;sq;
in viā suā declinauit. ⁊ posuit ī eo
dñs iniquitatē oīm nr̄m. **O**blat? est
q; ipse voluit: ⁊ nō apuit os suum
Sicut ouis ad occisionē ducet: ⁊ q̄
si agn? corā tōdēte se obmutescet.
et non aperiet os suū. **D**e āgustia

et de iudicio sublatus est: genera-
tionem eius quis enarrabit? Quia
abscisus est de terra viuicium. Pro-
pter scelus populi mei percussus est:
et dabitur impios pro sepultura. et
diuites pro morte sua: eo quod iniqui-
tatem non fecerit. nec dolus fuerit in
ore eius. Et dominus voluit sterere
re eum: in infirmitate. Si posuerit
pro peccato animam suam. videbit semet
longeuum: et voluntas domini in manu
eius diriget. pro eo quod tradidit in mor-
tem animam suam. et cum scelerat: repu-
tatus est. Et ipse peccata multorum tu-
lit et pro transgressoribus orauit ut
non periret. Ihesus christus dominus
noster.

Tractus.

Dne exaudi orationem meam. et cla-
mor meus ad te veniat. **v.** Reuer-
tas faciem tuam a me in quacumque
die tribulor: inclina ad me aurem
tuam. **v.** In quacumque die inuocauero
te velociter exaudi me. **v.** Quia
defecerunt sicut fumus dies mei et of-
fusa mea sicut in frigore confrisa sunt.
v. Percussus sum ut fenem et aruit
cor meum quia oblitus sum manduca-
re panem meum. **v.** Tu exurgens domine
misereberis syon quia venit tempus
misereri eius. **Passio domini nostri ihesu
christi secundum lucam. xxij.**

En illo tempore. Appropinquabat
dies festus azymorum: qui dicitur
pascha. Et querebant principes sa-
cerdotum et scribe: quomodo ihesum interfi-

cerent. Timebant vero plebem. In-
trauit autem sathanas in iudam qui cognom-
inabat scharioth: unum de duode-
cim. Et abiit et locutus est cum principibus
sacerdotum et magistratibus.
quemadmodum illum traderet eis. Et
gausi sunt: et pacti sunt pecuniam
illi dare. Et spondit. Et querebat
oportunitatem: ut traderet illum sine
turbis. Venit autem dies azymorum:
in quo necesse erat occidi pascha:
et misit petrum et iohannem dicens.
Eritis parate nobis pascha ut man-
ducemus. Et illi dixerunt. Vbi vis pa-
remus? Et dixit ad eos. Ecce introe-
untibus vobis in ciuitatem: occurret
vobis homo amphoram aque portans.
Sequimini eum in domum in quam in-
trat: et dicetis patrifamilias do-
mus. Dicit tibi magister. Vbi est
diuersorium: vbi pascha cum discipu-
lis meis manducemus. Et ipse osten-
det vobis cenaculum magnum stratum:
et ibi parate. Eritis autem inuenerunt
sicut dixit illis: et parauerunt pascha.
Et cum facta esset hora discubuit: et
duodecim apostoli cum eo. Et ait illis. De-
siderio desideravi hoc pascha man-
ducare vobiscum: antequam paciar. Di-
co enim vobis: quia ex hoc non manducabo illud
donec impleatur in regno dei. Et accep-
to calice: gratias egit et dixit. Accipite
et diuidite inquit vos. Dico enim vobis:
quod non bibam de generatione vitis. do-
nec regnum dei veniat. Et accepto

pane:gracias egit et fregit. et de/
dit eis dicens **H**oc est corpus meū
quod pro vobis datur. **H**oc facite
in meam cōmemoracionē. Simi/
liter et calicē: postq̄ cenauit dicēs
Hic est calix nouū testamētū in
sanguine meo qui pro vobis fun/
detur. **V**erūtamen. **E**cce manus
tradentis me: mecū est in mensa.
Et quidem filius hominis scdm̄ qd
diffinitū est vadit **V**erūtamen ve
homini illi per quē tradet. **E**t ipsi
ceperunt querere inter se: quis es
set ex eis q̄ hoc facturū esset. **F**ac/
ta est autē et contencio inter eos:
quis eorū videret esse maior. **D**ixit
autē eis. **R**eges gēcium dominā/
tur eorū: et qui potestatem habēt
super eos benefici vocātur. **V**os
autē non sic. **S**ed qui maior est in
vobis: fiat sicut iunior: et qui p̄de/
cessor est sicut ministrator. **N**ā q̄s
maior ē. qui recūbit an qui mini/
strat? **N**onne qui recumbit? **E**go
autē in medio vestry sum sicut qui
ministrat. **V**os at̄ estis qui p̄man/
sistis mecū in tēptacionib⁹ meis.
Et ego dispono vobis sicut dispo/
sui michi pat̄ me⁹ regnū: vt eda/
tis et bibatis sup̄ mēsam meā in
regno meo: et sedeat sup̄ thronos
iudicātes duodecī trib⁹ isrl̄. **N**it at̄
dominus symoni. **S**ymō: ecce sa/
thanas expetiuit vos: vt cribrar⁹
sicut criticum **E**go autem rogauī

pro te: vt non deficiat fides tua. et
tu aliquādo cōuersus p̄firma fra/
tres tuos. **Q**ui dixit ei. **D**omine te/
cum paratus sum et in carcerem
et in mortē ire. **E**t ille dixit. **D**ico
tibi petre: non cantabit hodie gal/
lus donet ter. abneges nosse me.
Et dixit eis. **Q**uando misi vos si/
ne sacculo et pera et calciamentis:
nūquid aliquid defuit vobis? **N**e
illi dixerunt. **N**ichil. **D**ixit ergo e/
is. **S**ed nūc qui habet sacculū: tol/
lat similit̄ et peram. **E**t qui nō ha/
bet vendat tunicā suam: et emat
gladium. **D**ico em̄ vobis. quoniā
adhuc hoc qd̄ scriptum ē oportet i/
pleri in me: et qd̄ cum iniquis de/
putatus est. **E**tem ea que sunt de
me finem habēt. **N**e illi dixerunt.
Domine: ecce gladij duo hic. **N**e ille
dixit eis. **H**atis ē **E**t egressus ibat
scdm̄ consuetudinē in mōtem oli/
uarū. **D**ecuti sunt aut̄ illum: et dis/
cipuli. **E**t cū peruenisset ad locū.
Dixit illis **O**rate: ne intretis i tēp/
tacionē. **E**t ipse auulsus ē ab eis:
q̄tū iact⁹ est lapidis. **E**t positus ge/
nibus: orabat dicēs. **P**ater si vis
transfer calicē istū a me. **V**erun/
tamen non mea volūtas: sed tua
fiat. **A**paruit aut̄ illi angelus de
celo: cōfortās eum. **E**t factus in a/
gonia: prolixius orabat. **E**t fact⁹ ē
sudor: eius sicut gutte sanguinis:
decurrentis in terrā. **E**t cum sur/

rerisset ab oratione et venisset ad discipulos suos: inuenit eos dormientes pro tristitia et ait illis. Quid dormitis? Surgite orate: ne intretis in temptationem. Adhuc eo loquente: ecce turba et qui vocabatur iudas unus de duodecim accedebat eos: et appropinquauit ihesu ut oscularetur eum. Ihesus autem dixit illi. Iuda osculo filium hominis tradis? Videntes autem hi qui circa ipsum erant quod futurum erat: dixerunt ei. Domine si percutimur in gladio? Et percussit unus ex illis seruum principis sacerdotum: et amputauit auriculam eius dexteram. Respondens autem ihesus ait. Dimite uosque huc. Et cum tetigisset auriculam eius: sanauit eum. Dixit autem ihesus ad eos qui uenerant ad se principes sacerdotum et magistratum templi et seniores. Quasi ad latronem existis cum gladiis et fustibus cum quotidie uobiscum fuerim in templo: non extendistis manus in me. Sed hec est hora uestra: et potestas uestra. Comprehendentes autem eum: duxerunt ad domum principis sacerdotum. Petrus uero sequebatur eum a longe. Accenso autem igne in medio atrio et circumsedentibus illis: erat petrus in medio eorum. Quam cum uidisset ancilla quaedam sedentem ad lumen et eum fuisset intuita: dixit. Et hic cum illo erat. At ille negauit eum dicens. Mulier non no

ui illi. Et post pusillum: alius uidens eum. dixit. Et tu de illis es. Petrus uero ait. O homo non sum. Et interuallo facto quasi hore unius: alius quidam affirmabat dicens. Vere et hic cum illo erat. Nam et galileus est. Et ait petrus. Homo: nescio quid dicis. Et continuo adhuc illo loquente: cantauit gallus. Et conuersus dominus respexit petrum. Et recordatus est petrus uerbi domini sicut dixerat: quia priusquam gallus cantet ter me negabis. Et egressus foras petrus. fletit amare. Et uiri qui tenebant eum: illudebant ei cedentes. Et uelauerunt eum: et percuciebant faciem eius: et interrogabant eum dicentes. Prophetiza. quis est qui te percussit? Et alia multa blasphemantes dicebant in eum. Et ut factus est dies: conuenerunt seniores plebis et principes sacerdotum et scribe: et duxerunt illum in consilium suum dicentes. Si tu es christus: dic nobis. Et ait illis. Si uobis dixerero: non credetis michi. Si autem et interrogauero: non respondebitis michi. neque dimittetis. Et hoc autem: erit filius hominis sedens a dextris virtutis dei. Dixerunt autem omnes. Tu ergo es filius dei? Qui ait. Vos dicitis: quod ego sum. At illi dixerunt. Sed adhuc desideramus testimonium? Ipsi ei audiuimus de ore eius? Et surgens omnis multitudo eorum: duxerunt illum ad pylatum. Ceperunt autem accusare illum

dicentes. **H**unc inuenim? subuer-
tentē gētem nostram et prohiben-
tem tributa dari cesari. et dicentē
se christum regē esse. **P**latus autē
interrogauit eū dicēs. **T**u es rex
iudeor? **A**t ille respōdens ait. **T**u
dicis. **A**t autē platus ad pncipes
sacerdotū: et turbas. **N**ichil inue-
nio cause: in hoc homie. **A**t illi in-
ualesebāt dicētes. **C**ōmouit po-
pulum docēs per uniuersam iu-
deam: et incipiens a galilea vsqz
huc. **P**latus autē audiens galile-
am: interrogauit si homo galile-
us esset. **E**t ut cognouit qd de hero-
dis potestate eēt: remisit eū ad he-
rodem qui et ipse iherosolymis e-
rat illis diebus. **H**erodes autē uiso
ihesu: gauisus est valde. **E**rat em̄
ex multo tpe cupiēs uidere eū: eo
q audierat multa de illo: et spera-
bat signū aliqd uidere ab eo fieri.
Interrogabat at illū multis sermo-
nibus. **A**t ipse nichil illi responde-
bat. **S**tabāt etiā pncipes sacerdo-
tū et scribe p̄stāter accusantes eū.
Spreuit at illū herodes cū exerci-
tu suo: et illusit indutū veste alba
et remisit ad plātū. **E**t facti sunt
amici herodes et plāt? in ipa die:
nā antea iūmici erāt adinuicē. **P**lāt?
at p̄uocatis pncipib? sacerdo-
tū et magistratib? et plebe: dixit ad
illos. **O**btulistis michi hūc hoīem
q̄si auertentē pplm: et ecce ego corā

uobis iterrogās nullā causam in-
uenio in hoīe isto: ex hīs in q̄bus
eū accusatis: sed neqz herodes. **N**ā
remisi vos ad illū: et ecce nichil di-
gnū morte actū ē ei. **E**mēdatū er-
go illū dimittā. **R**ecessit autē habe-
bat dimittere eis p̄ diē festū unū.
Eclamauit at simul uniuersa tur-
ba dicēs. **T**olle hūc et dimitte nob
barrabā. **Q**ui erat p̄pter sedicio-
nē quandā factā in ciuitate et ho-
micidiū: missus in carcerē. **A**terū
autē plāt? locut? ē ad illos: volēs
dimittere ihm? **A**t illi succlamabāt
dicētes. **C**rucifige crucifige illū. **I**l-
le at tertio dixit ad illos. **Q**uid em̄
mali fecit iste? **N**ullā causā mortis
inuenio in eo. **C**orripīā ergo illū:
et dimittā. **A**t illi instabāt uocib?
magnis: postulātes ut crucifige-
ret. **E**t inualesebāt uoces eor. **E**t
plāt? adiudicauit fieri petitionē
eor. **D**imisit at illis eū qui p̄ ho-
micidiū et sedicionē missus fuerat
in carcerē quē petebāt: ihm uero
tradidit uolūtati eor. **E**t cū duce-
rēt eū: apphēderūt symonē quēdā
cyrenēsem ueniētē de uilla: et ipo-
suerūt illi crucē portare p̄ ihm. **D**e-
q̄bat at illū multa turba ppli et mu-
lier q̄ plāgebāt et lamentabāt eū.
Cōuersus at ad illas ih̄s dixit. **F**i-
lie iherlm nolite flere sup me: s̄ sup
uosp̄las flete et sup filios uestros.
Qm̄ ecce ueniēt dies in q̄b? dicent

Seate steriles: et venter qui non genuerit: et ubera que non lactauerunt. Tunc incipient dicere motibus caudite super nos: et collibus operite nos. Quia si in viridi ligno hec faciunt: in arido quid fiet? Ducebantur autem et alij duo nequa cum eorum interficerentur. Et postquam venerunt in locum qui vocatur caluarie ibi crucifixerunt eum. Et latrones: unum a dextris et alium a sinistris. Ihesus autem dicebat. Pater dimitte illis: non enim sciunt quod faciunt. Diuidentes vero vestimenta eius: miserunt sortes. Et stabat populus expectans: et deridebant illum principes cum eis dicentes. Alios saluos fecit: seipsum saluum faciat si hic est christus dei electus. Illudiebant autem ei et milites: accedentes et acetum offerentes illi dicentes. Si tu es rex iudeorum: saluum te fac. Erat autem et subscriptio scripta super illum: hebreis grecis et latinis et hebraicis. Hic est rex iudeorum. Unde autem de hijs qui pedebant latronibus blasphemabat eum: dicens. Si tu es christus saluum fac teipsum et nos. Respondens autem alij increpabat illum dicens. Neque tu times deum: quia in eadem damnatione es. Et nos quod est iuste: nam digna facti recipimus: hi vero nichil mali gessit. Et dicebat ad ihm. Domine memeto mei dum ueneris in regnum tuum. Et dixit illi ihesus. Amen dico tibi: hodie mecum eris in paradiso. Erat autem fere hora sexta. et

tenebre facte sunt in uniuersa terra: usque in horam nonam. Et obscuratus est sol et velum templi scissum est medium. Et clamans voce magna ihesus ait. Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Et hec dicens expirauit. **✠** Videns autem ceteris quod factum fuerat glorificauit deum dicens. Vere hi homo iustus? erat. Et omnis turba eorum qui simul aderant ad spectaculum istud. et uidebant que fiebant: percipientes pectora sua reuertebant. Strabant autem omnes notum ei? a longe: et mulieres que secute erant eum a galilea hec uidentes. **Euangelium.**

Quod ecce uir nomine ioseph qui erat decurio uir bonus et iustus. hic non penserat consilio et actibus eorum ab arimathia ciuitate iudee: qui expectabat et ipse regnum dei. Hic accessit ad pilatum et percipit corpus ihesu. Et depositum inuoluit syndone: et posuit eum in monumento exciso. In quo nondum quisquam positus fuerat. **Et**

Domine exaudi orationem meam et clamor meus ad te ueniat. **Secreta.**

Purifica nos misericors deus. ut ecclesie tue preces que tibi grate sunt. pia munera deferentes fiant expiationis meritibus gratiores. **P. 66.** Potum meum cum fletu tribulam quia eleuans allisisti me. et ego sicut fenam arui tu autem domine ieternum permanes tu exurgens misereberis spon quia uenit tempus miserendi eius.

Complenda.

Dargire sensibus nostris omni potens deus. ut per temporalem filij tu mortē quā mysteria veneranda testantur: vitam nobis perpetuam dedisse cōfidam. Per eundem dominum nostrū ihesum.

Super populum.

Respice domine quesum? super hanc familiam tuam pro qua dominus noster ihesus christus nō dubitavit manibus tradi nocentium. et crucis subire tormentum. Qui tecum vivit et regnat.

Feria quinta. In cena domini.

Collecta.

Deus a quo et iudas reatus sui penam. et confessionis sue latro premium sumpsit. concede nobis tue propiciationis effectum. ut sicut in passione sua ihesus christus dominus noster diversa utrisque intulit stipēdia meritorū. ita nobis ablato vetustatis errore: resurrectionis sue gratiā largiatur. Qui tecum vivit et regnat.

Ipse tibi quāsis dñe **Secreta.** sancte pater omnipotēs eterne deus sacrificium nostrū reddat acceptum qui discipulis suis in sui commemoratione hoc fieri hodierna tradizione monstravit ihesus christus filius tuus dominus noster. Qui tecum vivit et regnat.

Complenda.

Refecti vitalibus alimentis quibus sumus domine deus noster. ut quō tempore nostre mortalitatis exequimur. immortalitatis tue munere consequamur. Per dñm.

Integ' officia ut s. s. in j. to fol.

In vigilia pasche. Collecta.

Deus qui hanc sacratissimam noctē gloria dominice resurrectionis illustras conserva in nova familie tue progenie adoptionis spiritū quē dedisti: ut mente et corpore renouati: puram tibi exhibeant servitutem. Per eundem eiusdem. **Secreta.**

Auscipe quesum? domine preces populi tui cū oblationibus hostiarū ut paschalibus iniciate mysterijs ad eternitatis nobis medelam te operante proficiant. Per dñm.

Complenda.

Spiritum nobis domine tue charitatis infunde: ut quos sacramentis paschalibus faciasti: tua facias pietate concordēs. Per eiusdem dominū nostrum.

Bndictōnes palmarū

Exorcizat' et benedic' sale et aq̄ vadat sacerdos ad locum vbi palme solēt benedici indutus alba stola et rubea cappa si haberi potest alias alba et stola. inchoando sic.

Adiutorium nostrū in noīe dñi Qui fecit celum et ter. **O**remus

Deus quem diligere et amare iusticia est. ineffabilis gratie tue dona in nobis multiplica: et q̄ fecisti nos in morte filij tui sperare qd̄ credimus: fac nos eodem resurgente peruenire quo tendim' De eūdē cristum dñm nostrū.

In diebus illis. **Lectio libri Exo.** Venerunt filij Israhel in helym: vbi erant duodecim fontes aquarū et septuaginta palme: et castrametati sunt iuxta aquas. Profecti q̄ sunt de helym: et venit omnis multitudo filioꝝ israhel in desertū syn. quod est inter helym et synai. quicquid decimo die mēsis secūdi. postq̄ egressi sunt de t̄ra egipti. Et murmurauit omnis congregatus filioꝝ israhel contra moysen. et contra aaron in solitudine: dixeruntq̄ ad eos filij israhel. Utinam mortui essemus p̄ manum dñi in t̄ra egipti: quādo sedebamus super ollas carniū. et comedebamus panes in saturitate. Cur induxistis nos in desertum istud: vt occideretis omnem multitudinē fame? Dixit autem domin' ad moysen. Ecce ego pluam vobis panem de celo: vt egrediatur p̄ls et colligat que sufficiat p̄ singulos dies. vt temptem eum vtz ambulet in lege mea an

non. Die autē sexta parent qd̄ inferant et sit duplum q̄ colligere solebant p̄ singulos dies. Dixeruntq̄ moyses et aaron ad oēs filios israhel. Vesp̄e scietis quia dñs eduxerit vos de t̄ra egipti: et mane videbitis gloriā eius. Audiuit em̄ murmur vestru: contra dñm. Nos vero quid sumus: quia militastis contra nos. Et ait moyses. Dabit vobis dñs vesp̄e carnes edere: et mane panes in saturitate: eo q̄ audierit murmuratōes vestras quib' murmurati estis contra eum. Nos em̄ quid sumus? Nec contra nos est murmur vestru. sed contra dñm. Dixitq̄ moyses ad aarō. Dic vnuerse congregationi filioꝝ israhel. Accedite cora: dño: audiuit em̄ murmur vestru. Cūq̄ loqueret' ad omnē cetū filioꝝ israhel: respicerūt ad solitudinē. Et ecce gloria domini apparuit in nube.

Responsorium.

Collegerunt pontifices et pharisei scilium et dicebant. quid facimus: quia hic homo multa signa facit. si dimittim' eū sic oēs credēt in eum. Ne forte veniant romani et collant nostrū locum et gentem. **V**nus autē ex ipsis caphas nomine. cum esset pontifex anni illi' pphetauit dicens. Expedit vobis vt vnus moriat' homo p̄ populo. et nō tota gēs pereat. ab illo ergo die cogitauerūt interficere eū dicētes. Ne forte veniat etc. **S**cđm

In illo tpe. Cum **M**attheū. Appropinquasset hierosolymis et venisset bethphage ad montem oliueti: tūc ihesus misit duos discipulos dicens eis. Ite in castel

Benedictiones Palmatum.

lum quod contra vos est. et statim inuenietis asinam alligatam. et pullum cum ea. **S**oluite et adducite mihi. Et si quis vobis aliquid dixerit: dicite quod dominus his operibus habet. et festum dimittet eos. **H**oc autem totum factum est ut adimpleret quod dictum est per prophetam dicentem. **D**icite filie sion. Ecce rex tuus venit tibi mansuetus: sedens super asinam et pullum filium subiugalis. **E**untes autem discipuli fecerunt sicut precepit illis ihesus. **E**t adduxerunt asinam et pullum: et imposuerunt super eos vestimenta sua. et eum de super sedere fecerunt. **P**lurima autem turba strauerunt vestimenta sua in via. **A**lij autem cedebant ramos de arboribus et sternebant in via. **T**urbe autem que predebant et que sequebantur clamabant dicentes. **O**sanna filio david. benedictus qui venit in nomine domini. **D**ominus vobiscum.

Adesto nobis **O**mnipotens deus ut quod nostro ministrat officio. tue benedictionis potius impleatur effectu. **P**er christum dominum nostrum. **D**einde immediate benedicat palme ut sequitur

Exorcizo te omnis creatura florum et frondium in nomine dei patris omnipotentis et in nomine ihesu christi filij eius. et in virtute spiritus sancti. **P**inde omnis virtus aduersarij. omnis exercitus dyaboli. omnis potestas inimici. omnis incurio demonum. eradicare et explatere ab hac creatura florum et frondium ut ad dei gratiam festinantius vestigia non sequaris. **P**er eum qui venturus est iudicare. **36.**

Deus cuius filius **O**mnipotens pro salute generis humani de celo descendit ad terras et appropinquante hora passionis sue hierosolimam in asino sedens venire. et a turbis appellari ac laudari voluit. **S**icut dicere et sancti significare dignare. hos palmarum ceterarumque frondium ramos. ut omnes qui eos laturos sunt ita benedictionis tue dono repleantur quatinus et in hoc seculo hostes antiqui temptamenta superare. et in futuro cum palma victoriae fructu bonorum operum tibi valeant apparere. **P**er eundem christum dominum. **O**mnipotens

Deus qui dispersa congregas et congregata seruas qui pro filio obuiam ihesu ramos portantibus benedixisti: bene et dic etiam hos ramos palme. atque aliarum arborum que tui famuli ad nominis tui benedictionem suscipiunt. ut in quocumque loco introducti fuerint tua benedictionem in eo manentes consequantur. ut omnia aduersa valitudine fugata. tua dextera protegat quos redemit. **P**er eundem christum dominum nostrum. **A**men. **O**mnipotens

Deus qui hodierna die ad infinitum humilitatis exemplum. super asinum sedere et a turbis appellari voluisti et collaudari respice ad deuotam populi tui humilitatem. et qui cum palmis et ceteris frondibus laudi tue dicatis in memoriam huius venerande solennitatis: deuotus occurrat tibi iudici venienti cum palma victoriae et fructu bonorum operum securus occurrat. **Q**ui cum deo patre et spiritu sancto uiuis et regnas deus. **N**unc exaltat vocem cantando prefationem

D Er omnia secula seculo/ ta conderes. ligna quoque fructife/

rum. Amen. Dominus vobiscum fera diverso vsui creata. terram

Et cum spiritu tuo. Sursum corda. producere iussisti. ac post maledi/

Habemus ad dominum. Grās ctum interdicte arboris. uniuers/

agamus domino deo nostro. Dignū sa per obedientiam nobis unige/

et iustum est. niti filij tui in benedictionem con

U ere dignum et iustum est uertisti. **S**e **X** nedic etiam hos mul

equum et salutare. **P**os tibi sem/ tigenarum arborum ramos. in/

per et ubique gratias agere domi/ ter quas hec precipue arbor oliue

ne sancte pater omnipotens eter/ pinguedine cunctas precellit. per

ne deus. **M**undi conditor omni/ quam etiam cum mundi crimina.

umque creaturarum mirabilis di/ diluuisio quondam expiarentur ef

posito. **D**eus qui inter ipsa mun/ fuso. columba ramum eius defe/

di primordia cum ex nihilo cunc/ rens. pacem terre redditam nun/

clauit. **N**ecnon ⁊ innocens turba

spiritu sancto afflata. unigenito

tuo domino nostro ihesu christo p

totius mundi salute passuro ob /

uiam currens palmarum. et hu /

ius arboris ramos abscidens. ac

uestigij eius substernens. ia qua

si triumphatorem de mortis prin /

cipe ostendebat. **T**e igitur domine

suppliciter deprecamur. ut qui an

nua deuotione eiusdem redemp /

toris nostri sacratissimam passio-

nem preuenire nitimur ipso adiu

uante palmam victorie tenentes

atq; oleo misericordie intrinsecus

refulgentes in eius sancta resur /

rectione premium vite ⁊ immor /

talitatis coronam percipere me /

reamur. **P**er eundem dominum nostrum iesum christum filium tuum qui te. vi. ⁊ reg. in vni. spiritus sancti. **P** omnia secula seculi. **A**me.

Deus qui filium tuum iesum christum dominum nostrum p salute nostra in hunc mundum misisti. ut se humiliaret ad nos. et nos reuocaret ad se cui etiam dum iherusalem veniret. ut adimpleret scripturas credentium populorum turba fidelissima deuotione uestimenta sua cum ramis palmarum in via sternebat. presta quesumus ut illi fidei viam prepararemus. de qua remoto lapide offensionis ⁊ petra scandali. frondeant apud te opera nostra iusticie ramis: ut eius uestigia sequi mereamur. **Q**ui tecum vi. ⁊ reg. in unitate ⁊c.

Pratio

Omnipotens genitor qui unigenitum tuum ab hiericho motes oliueti ad iherusalem

Benedictiões Palmarū.

dixeristi cui turba mirabiliter oc /
currit. alij vestimenta sternentes
alij ramos de arboribus cedentes
oluarum. alij palmas in mani /
bus suis deferentes. te obnoris p̄
ribus humiliter deprecamur: vt
hec germina arborum ita sancti /
ficare digneris. vt hec loca vbi de /
portata fuerint. sanctificata effi /
ciatur: quo omnis iniquitas seu
illusio demonum abcedat. vt tua
nos semper dextera p̄tegere dig /
netur. De eūdem cristū dominū.

Adiua nos deus Oratio.
salutaris noster. ⁊ ad bene /
ficia recolenda quibus nos istau /
rare dignat⁹ es tribue veire gau /
dentes. De dominum nostrum ie /
sum christum ⁊c. Seinde asp /
gantur palme et populus. Et inte /
rim cantetur. Asperges me. sine
Gloria patri. Ad p̄cessionem An.

Qum appropinquaret domi /
nus iherosolimam misit du /
os de discipulis suis dicens Ite in
castellum quod contra vos est. et
iuuenietis pullum asine alligatū
super quem nullus hominū se /
dit soluite ⁊ adducite mihi. si quis
vos interrogauerit dicite op⁹ do /
mini est soluentes adduxerūt ad
iesum. ⁊ imposuerunt super eum
vestimenta ⁊ sedit super eum Alij
expandebāt vestimenta sua i via
alij ramos de arborib⁹ sternebāt
⁊ qui sequebantur clamabant O
sanna benedictus qui venit in no
mine domini. benedictum regnū
patris nostri dauid. osanna in ex
cellis miserere nobis fili dauid

In exitu chori Ant.

Qum audisset populus. quia ie /
sus venit iherosolimam. accepe /
runt ramos palmarū: ⁊ exierūt
ei obuiam. ⁊ clamabant pueri di /
centes. Hic est qui venturus est i
salutem populi. Hic est salus nra
⁊ redemptio israel. Quantus est
iste quem throni ⁊ dominationes
adorant. noli timere filia spon. ec
ce rex tu⁹ veit tibi sedēs sup pullū
asine. sicut scriptū ē Salue rex fa
bricator mūdi. qui venisti redime
re nos Ant.

Anse sex dies solemnitate pasce
venit dominus in ciuitatem ihe /
rusalem ⁊ occurrerunt ei pueri. ⁊
in manib⁹ portabant ramos pal /
marum. ⁊ clamabant voce mag /
na dicētes. osanna in excelsis. Be
nedictus qui venisti in multitudine
misericordie osanna in excelsis
Ant.

Qeperunt omnes turbe descen /
dentium gaudentes laudare deū
voce magna super om̄ibus quas
viderant virtutibus dicentes. be /
neditus qui venit rex in noie do /
mini par in celo ⁊ gloria in excelsis
Ant.

Occurrunt turbe cum floribus ⁊
palmis redemptori domino et vi /
ctori triumphanti digna dant ob /
sequia filium dei olim gentes pre /
dicant et in laude christi voces to /
nant per nubila osanna. Sein /
de presbiter flexis genibus ante cru /
cem ter incipit antiphonam.

Et intel /
rim cho /

Aue rex noster ro toties
cantante fili dauid redemptor mū
i iij

Benedictiões Palmariū.

di. prostermit se per modū crucis.

Ant.

Auerer noster fili dauid redem /
ptor mundi. quem prophete pre /
dicauerunt saluatorem domini is /
rael esse venturum. te enim ad sa /
lutarem victimam pater misit in /
mundum quem expectabant om /
nes sancti ab origine mūdi : ⁊ nūc /
osanna filio dauid benedictus q̄ /
venit in nomine domini osanna i /
excelsis

Ante crucem Hymnus.

Gloria laus et honor tibi sit /
rex christe redemptor. Cui /
puerile decus prompsit osana pi /
um. Gloria. **I**sraeles tu rex da /
uidis ⁊ incepta proles. nomie qui /
in domini rex benedicte venis.

Gloria. **O**etus in excelsis te lau /
dat celicus omnis. ⁊ mortalis ho /
mo ⁊ cuncta creata simul **G**loria
Plebs hebreā tibi cum palmis /
obuiam venit cū prece voto hym /
nis assumus ecce tibi. **G**lo. **N**ū /
tibi passuro soluebāt munia lau /
dis. nos tibi regnanti pangimus /
ecce melos. **G**loria. **F**ecerat he /
breos hos gloria sanguinis alti : /
nos facit hebreos trāsitus ecce pi /
us **G**loria. **N**ū placuere tibi pla /
ceat deuotio nostra rex pie rex cle /
mens cui bona cūcta placēt **G**lo.

Hic pijciantur rami. Ant.

Queri hebreorum tollentes ra /
mos oliuarum obuiauerunt do /
mino clamantes ⁊ dicentes osan /
na in excelsis. Hic pijciantur sup /
pellicia a clericis qui cātabant hym /
num.

Queri hebreorum vesti /
mēta psternebant in via ⁊ clama

bant dicentes osanna filio dauid /
benedictus qui venit in nomine do /
mini. Presbiter cum socio reporta /
turus crucez ad ecclesiam flexis ge /
nibus eleuando eam incipit choro /
psequente.

Ocrux aue spes vnica hoc passio /
nis tempore auge p̄hs iusticiam /
reilq; dona veniam. Seinde refe /
ratur ad ecclesiam et cantetur R.

Ingrediente domino in sanctam /
ciuitatem hebreorum pueri resur /
rectionem vite pronūciantes. Cū /
ramis palmarum osanna clama /
bant in excelsis ⁊ Cūq; audisset /
qđ venit iesus hierosolimam exie /
runt obuiā ei. **C**um ramis. Ant.

Turba multa que venerat ad di /
em festum clamabant domino be /
neditus qui venit in noie domini /
osanna in excelsis. **P**sal. **B**enedi /
ctus dñs deus israhel quia visita /
uit et fecit redemptionem plebis /
sue. **T**urba multa. Oratio

Adge fidem in te sperantium /
deus : ⁊ supplicum preces di /
gnanter exaudi : veiat super nos /
multiplex misericordia tua : vt si /
cut in figura ecclesie tue multipli /
casti noe egrediētē d̄ archa. ⁊ moy /
sen exeuntem de egipto cum filijs /
israhel : ita nos portantes palmas /
⁊ ramos oliuarū : bonis actibus /
occuramus obuiam christo : et p̄ /
ipm in gaudium introeam? **Q**ui /
te. viuit ⁊ regnat ⁊c.

Seinde incipiatur officium mis /
se Domine ne longe r̄s. Require /
supra folio. liij.

.iii.

Feria quinta in ce- na domini Introitus

Mos autē gloriari oportet in cruce domini nostri iesu christi: in quo ē salus vita et resurrectio nostra per quem saluati et liberati sumus. *Psal.* Deus misereatur nostri et benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos et misereatur nostri. Nos autem. Gloria patri. non dicit nisi tñ in missa ubi crisma ab ep̄o cōsecratur. Nec Gloria in excelsis. nec Credo. Nec Ite missa est non dicuntur.

Dominus vobiscum. sine. *Flectamus genua Collecta*

Deus a quo et iudas reat? sui penam. et cōfessionis sue latro premium sumpsit. concede nobis tue xp̄iationis effectum. ut sicut in passione sua iesus christus dominus noster diuersa vtriusq; i-culit stipendia meritorum. ita nobis ablato vetustatis errore resurrectionis sue gratiam largiatur. Qui tecum vi. r̄s.

Ad Corinthios

Hacres. Conuenientibus vobis in vnum: iam non edo-minicam cenam māducare. Unus quisq; enim suam cenam p̄sumit ad manducandum. Et alius quidem esurit: alius autem ebrius ē. Nunquid domos non habetis ad manducandum et bibendum aut ecclesiam dei contemnitis et confunditis eos qui nō habent? Quid dicitam vobis? Laudo vos. in hoc nō

laudo. Ego enim accepi a domi-no quod et tradidi vobis: quoniam dominus iesus in qua nocte tradebatur accepit panem. et gratias agens fregit et dixit. Accipite et māducate. Hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meam commemorationē. Similiter et calicem postq; cenauit dicens. Hic calix: nouum testamentum est in meo sanguine. Hoc facite: quotiēscūq; bibitis in meā cōmemoratōe. Quotiēscūq; ei māducabit panem hunc. et calicem bibetis: mortē domini annunciabitis donec veniat. Itaq; quicumq; māducauerit panem vel biberit calicem domini indigne: reus erit corporis et sanguinis domini. Probet autem seipm homo: et sic de pane illo edat. et de calice bibat. Cui enim māducat et bibit indigne: iudicium sibi māducet et bibit non diiudicans corpus domini. Ideo inter vos multi infirmi et imbecilles: et dormiunt multi. Quod si nos ipsos diiudicauerimus: non utiq; diiudicauerimus. Dum iudicamur autem a domino corripimur: ut non cum hoc mundo damnemur. *Grad.*

Christus factus est pro nobis obediens usq; ad mortem: mortem autem crucis. Propter quod et deus exaltauit illum et dedit illi nomen quod est super omne nomē. Hodie nō dicitur tractus. *Scinde Iu-be domine benedicere r̄s.* Consuetudo añ euang' dicitur et faciēda sunt.

Scdm Johannem.
In il. tē. Ante diem festū pasce sciens iesus quia venit hora ei?

In cena domini.

ut trāseat ex hoc mundo ad patrē
cum dilexisset suos qui erāt in mū
do: in finem dilexit eos. Et cena fa
cta cum diabolus iam misisset in
cor ut traderet eum iudas simois
schariothis: sciens quia omnia de
dit ei pater in manus. et quia a do
erunt et ad deum vadit. surgit a ce
na et ponit vestimenta sua. Et cum
accepisset lintheum: p̄cinxit se. De
inde misit aquam in peluim: et ce
pit lauare pedes discipulorum et
extergerē lintheo quo erat p̄cinctus.
Venit ergo ad simonem pe
trum: et dixit ei petrus. Domine tu
mibi lauas pedes? Respondit ihe
sus: et dixit ei. Quid ego facio: tu
nescis modo. scies autem postea.
Dicit ei petrus. Non lauabis mi
hi pedes in eternum. Respondit ei
iesus. Si non lauero te nō habe
bis partem mecum. Dicit ei simō
petrus Domine: nō t̄m pedes me
os. sed et manus et caput. Dicit ei
iesus. Qui locus est nō indiget ni
si ut pedes lauet: sed est mundus to
tus. Et vos mundi estis: s; non om
nes. Sciebat enim quisnam esset
qui traderet eum. Propterea di
xit. non estis mundi omnes. Post
quā ergo lauit pedes eorum et acce
pit vestimenta sua: et cum recubu
isset. iterum dixit eis. Scitis quid
feceri vobis? Vos vocatis me ma
gister et domine: et bene dicitis sum
etenim. Si ergo ego laui pedes ve
stros dominus et magister: et vos
debetis alter alterius lauare pe
des. Exemplum enim dedi vobis
ut quemadmodum ego feci vobis
ita et vos faciatis

Credo non dicitur nisi ut supra.
Offerret. Dexterā domini fecit vic
tutē dexterā domini exaltauit me
non moriar sed viuam et nariabo
opera domini.

Nota due hostie consecrande
sunt quarum vna in crastinum ser
uatur. sanguis vero eodem die cum
absolutione penitus sumat

Secreta.

Ise tibi quesumus domine
sancte pater omnipotens e
terne deus sacrificium nostrū red
dat acceptum: qui discipulis suis
in sui cōmemoratione hoc fieri ho
dierna traditione monstrauit: ie
sus christus filius tuus dominus
noster. Qui tecum uiuit et reg.
Prefatio. Qui salutē. **I**ntra actio
nem. **C**ommunicantes. **N**āc igitur.
Qui pridie. **N**ota ad **P**ax do
mini sit semper vobiscum dicitur
Sed ad **A**gnus dei dicitur **M**isere
re nobis. et non **D**ona nobis pacē
Nec pax nec osculum pacis dantur
nec prima oratio s; **D**omine ihesu
christe qui dixisti apostolis tuis di
citur. **C**etera vero consueta dicunt.
Dominus iesus postquā **C**om.
tenauit cum discipulis suis: lauit
pedes eorum et ait illis. scitis quid
fecerim vobis ego dominus et ma
gister exemplum dedi vobis ut et
vos ita faciatis. **S**cinde immedia
te finita communionē accipiat dia
conus vel sacerdos calicem cum pate
na et hostia cōsecrata et vertat se ad
populum cantans incipiendo ad

vespas. **An.** Calicem salutaris accipiam. ut infra. Seinde ponat calicem iterum ad altare usque quo vesperae sunt finite.

Ant.

Quoniam salutaris accipiam: et nomen domini inuocabo. **Psalmus.** Credidi etc. **Sine Gloria** patri nisi ut supra ubi crisma consecratur. **An.** Quoniam his qui oderunt pacem eram pacificus eorum; loquebar illis impugnabant me gratis. **Psalmus.** Ad dominum cum tribulaberer. **An.** Ab hominibus iniquis libera me. **Psalmus.** Eripe me domine. **An.** Custodi me a laqueo quem statuerunt mihi et ab scanda lis operantium iniquitatem. **Psalmus.** Domine clamaui. **An.** Considerabam ad dexteram et videbam: et non erat qui cognosceret me. **Psalmus.** Voce mea. Sequitur immediate sine hymno cap. et v. Super magnificat. **An.** Quoniam enantiis autem accipit ihesus panem benedixit et fregit dedit discipulis suis. **Psalmus.** Magnificat anima etc. sine gloria nisi ut supra. Seinde immediate dicitur Dominus vobiscum etc. **Compl.** Refecti vitalibus alimentis quoniam sumus domine deus noster. ut quoniam tempore nostre mortalitatis exequimur. immortalitatis tue munere consequamur. **P**ro dominum nostrum iesum christum. **B**enedicamus domino **Sine** Ite missa est nisi ut supra. **Sine** benedictione. **E**t sic utrumque tam missa quam vesperae cum vna conclusionem videlicet **Complenda** et **Benedicamus** domino terminatur. et denudantur statim

altaria et suspendantur campane usque ad sabbatum sanctum ad missam. Seinde reponitur sacramentum honeste ad locum ubi solet reponi choro cantate. **Hoc corpus.** Et thurificetur in summa reuerentia cum candelis precedentibus etc.

In die Parasceues.

Cum nullus Introitus hodie habetur incipiat diaconus vel sacerdos nude officium cum prophetia etc. ut sequitur

Tribulatione sua mane confurgent ad me. **V**enite reuertamur ad dominum: quia ipse cepit et saluabit nos: percuet et curabit nos. **D**iuificabit nos post duos dies: in die tertia suscitabit nos et viuemus in conspectu eius. **S**cimus sequemurque ut cognoscamus dominum. **Q**uasi diluculum preparatus est egressus eius: et veiet quasi imber nobis temporaneus et serotinus terre. **Q**uid faciam tibi effraym quid faciam tibi iuda? **M**isericordia vestra quasi nubes matutina: et quasi ros mane pertransiens. **P**ropter hoc dolavi in prophetis et occidi eos in verbis oris mei: et iudicia mea quasi lux egredientur. **Q**uia misericordiam

Parasceues.

volui et non sacrificium: et scientiam dei plus quam holocausta.

Tractus.

Domine audiui auditum tuum et timui consideravi opera tua et expani. *Ps.* In medio duum animalium innotesceris dum appropinquauerint anni cognosceris: dum aduenerit tempus ostenderis. *Ps.* In eo dum conturbata fuerit anima mea in ira misericordie mee memoreris. *Ps.* Deus a libano veniet et sanctus de monte umbroso et condenso. *Ps.* Operuit celos maiestas eius et laudis eius plena est terra. Sacerdos sine dominis vobiscum Oremus. Diaconus a dextris *Flectam?* genua Diaconus a sinistris. *Leuate. Col.*

Deus a quo et iudas reatus sui penam et confessionis sue latro premium sumpsit. cōcedite nobis tue propiciationis effectum: ut sicut in passione sua iesus christus dominus noster diuersa vtriusque i culit stipendia meritorum: ita nobis ablato vetustatis errore. resurrectionis sue gratiam largiatur. *Qui tecum viuit et reg.*

Lectio sine titulo.

In diebus illis. Dicit dominus ad mopsen et aaron in terra egypti. *Mensis iste vobis principium mensium: primus erit in mensibus anni loquimini ad uniuersum cetum filiorum israel: et dicite eis Decima die mensis huius tollat unusquisque agnū per familias et domos suas. Dicitur autem minor est numerus ut sufficere possit ad vescendum agnū: assumat vicinum suum qui iun-*

ctus est domui eius: iuxta numerum animarum que sufficere possint ad esum agni. *Erit enim agnus absque macula: masculus anniculus. Iuxta quem ritum tolleris et hedum: et seruabitis eum usque ad quartamdecimam diem mensis huius immolabitque eum uniuersa multitudo filiorum israel ad vespertinum. Et sument de sanguine eius ac ponent super utrumque postem: et in superliminaribus domorum in quibus comedent illum. Et edent carnes nocte illa assas igni: et arimos panes cum lactucis aggregatibus. Non comedetis ex eo crudum quid. nec coctum aqua: sed assum tantum igni. Caput cum pedibus eius et intestinis vorabitis et os non confringetis nec remanebit ex eo quicquam usque mane. Si quid residuum fuerit: igni comburetis. sic autem comedetis illum. *Arnes vestros accingetis. calciamenta habebitis in pedibus. tenentes baculos in manibus. et comedetis festinantes. Est enim phasce: id est. transitus domini.**

Tractus.

Aripe me domine ab omni malo a viro iniquo libera me. *Ps.* Qui cogitauerunt malicias in corde tota die constituebant prelia. *Ps.* Reuerunt linguas suas sicut serpentes venenum aspidum sub labiis eorum. *Ps.* Custodi me domine de manu peccatoris et ab hominibus iniquis libera me. *Ps.* Qui cogitauerunt supplantare gressus meos abscederunt superbi laqueos mihi. *Ps.* Et funes extenderunt in laqueos

Parasceues.

um pedibus meis iuxta iter scan-
dalum posuerunt mihi. **V.** Dixi
domino deus meus es tu exaudi
domine vocem orationis mee. **V.**
Domine domine virtus salutis
mee obumbra caput meum i die
belli. **V.** Ne tradas me a deside-
rio meo peccatori cogitauerunt ad-
uersum me ne derelinquas me ne-
viquam exaltentur. **V.** Caput cir-
cuitus eorum labor: labiorum ipso-
rum operiet eos. **V.** Veritamen
iusti confitebuntur nomini tuo. **V.**
habitant recti cum vultu tuo.
**Passio legatur absq; benedictio-
ne et sine Dominus vobiscum et si-
ne titulo. sed plane vt sequitur.**

Medio modo.

Gressus est iesus cum disci-
pulis suis trans torrentem
cedron: vbi erat hortus. In quem
introiit ipse: et discipuli eius Sci-
ebat autem et iudas qui tradebat
eum. locum. quia frequenter ihe-
sus conuenerat illuc cum discipu-
lis suis. Judas ergo cum accepit
cohortem. et a pontificibus et
phariseis ministros venit illuc cu
laternis et facibus et armis. Iesus
itaq; sciens ea que ventura erant
super eum: processit et dicit eis.
T. Quem queritis? **R.** Re-
sponderunt ei. **R.** Iesum naza-
renum. **R.** Dicit eis iesus.
T. Ego sum. **R.** Stabat au-
tem et iudas qui tradebat eum cu
ipsis. Ut ergo ihesus dixit eis ego
sum: abierunt retrorsum et cecide-
runt in terram. Iterum ergo iter
rogauit eos. **T.** Quem queri-
tis. **R.** Illi autem dixerunt.

R. Iesum nazarenum. **R.**
Respondit iesus **T.** Dixi vobis
quia ego sum. Si ergo me queri-
tis: sinite hos abire. **R.** Ut
impleretur sermo quem dixit: quia
quos dedisti mihi: non perdidit ex
eis quem. Simon ergo petrus
habens gladium eduxit eum. et per-
cussit pontificis seruum. et absci-
dit auriculam ei? dexteram. Erat
autem nomen serui: malchus. Di-
xit ergo iesus petro. **T.** Mitte
gladium tuum in vaginam. Cali-
cem quem dedit mihi pater: non bi-
bam illum? **R.** Cohors ergo et
tribunus et ministri iudeorum co-
prehenderunt iesum. et ligauerunt
eum: et duxerunt eum ad annam
primum. Erat enim socer caph-
thae qui erat pontifex anni illius. Erat
autem caphthas. qui consilium de-
derat iudeis. quia expedit unum ho-
minem mori pro populo. Sequeba-
tur autem iesum simon petrus: et
alius discipulus. Discipulus autem
ille erat notus pontifici: et introi-
uit cum iesu in atrium pontificis.
Petrus autem stabat ad ostium: for-
is. Exiit ergo discipulus alius
qui erat notus pontifici: et dixit osti-
arie. et introduxit petrum. Dixit
ergo petro ancilla ostiaria. **R.**
Anquid et tu ex discipulis es ho-
minis istius? **R.** Dicit ille. **R.**
Non sum. **R.** Stabant autem
serui et ministri ad prunas quia fri-
gus erat et calefaciebant se. Erat
autem cum eis et petrus stans: et cale-
faciens se. Pontifex ergo interro-
gauit ihesum de discipulis suis: et
de doctrina eius. Respondit ei ihe-

Barasceues.

sus **T.** Ego palam locutus sum mūdo: ego semper docui in syna-
goga: et in templo quo omnes iu-
dei conueniunt: et in occulto locu-
tus sum nihil. **Q**uid me interro-
gas? **I**nterroga eos qui audie-
runt quid locutus sum ipsis. **E**c-
ce hi sciunt: que dixerim ego
R. Hec cum dixisset vnus assi-
stens ministrorum. dedit alapam
ihesu dicens. **R.** Sic respondes
pontifici? **R.** Respondit iesus
T. Si male locutus sum: testi-
monium perhibe de malo. Si au-
tem bene: quid me cedis? **R.**
Et misit eum annas ligatum ad
cappham pontificem. Erat autem
symon petrus stans: et calefaciens
se. **D**ixerunt ergo ei. **R.** Nunquid
et tu ex discipulis eius es? **R.**
Regauit ille et dixit. **R.** Non sum
R. Dicit ei vnus ex seruis pō-
tificis: cognatus eius cuius absci-
dit petrus auriculam. **R.** Non
ne ego te vidi in horto cum illo?
R. Iterum ergo negauit pe-
trus: et statim gallus cantauit.
Adducunt ergo iesum a cappa i
pretorium. Erat autem mane. **E**t
ipsi non introierunt in pretorium
vt non contaminarentur: sed mā-
ducarent pasca. **E**riuit ergo pila-
tus ad eos foras. et dixit. **R.**
Quam accusationem afferis ad-
uersus hominem hunc. **R.**
Responderunt: et dixerunt ei. **R.**
Si non esset hic malefactor: nō tibi
tradidissemus eū. **R.** Dicit
ergo eis pilatus. **R.** Accipite eū
vos: et scđum legem vestram iudi-
cate eum. **R.** Dixerūt ergo ei

iudei. **R.** Nobis non licet inter-
ficere quenq̃. **R.** **V**t sermo ie-
su impleretur quem dixit. signifi-
cans qua morte esset moriturus.
Introiuit ergo iterum in pretori-
um pilatus. et vocauit iesum: et di-
xit ei. **R.** Tu es rex iudeorum?
R. **E**t respondit iesus. **T.** **A**te
metipso hoc dicis: an alij tibi dixe-
runt de me? **R.** Respondit pi-
latus. **R.** Nunquid ego iudeus sū?
Sens tua et pōtiffices: tradiderūt
te mihi. quid fecisti? **R.** **R**espō-
dit iesus. **T.** **R**egnum meū nō
est de hoc mundo. **S**i ex hoc mun-
do esset regnum meum: ministri
mei vtiq̃ decertarent vt non tra-
derer iudeis. **N**unc autem regnū
meum: non est hinc. **R.** Dicit
itaq̃ ei pilatus. **R.** Ergo rex es
tu? **R.** Respondit iesus. **T.**
Tu dicis: quia rex sum ego. **E**go i
hoc nat⁹ sum: et ad hoc veni in mū-
dum vt testimonium perhibeam
veritati. **O**mnis qui est ex verita-
te: audit meam vocem. **R.** **D**i-
cit ei pilatus. **R.** **Q**uid est ve-
ritas. **R.** **E**t cum hoc di-
xisset: iterum exiuit ad iudos et di-
xit eis. **R.** **E**go nullam inuenio
in eo causam. **E**st autem consue-
tudo vobis vt vnū dimittam vob
in pasca. **V**ultis ergo dimittam
vobis regem iudeorum? **R.**
Clamauerunt rursus omnes di-
centes. **R.** **N**on hunc sed baria-
bam. **R.** **E**rat autem baria-
bas latro. **T**unc ergo apprehendit
pilatus ihesum: et flagellauit. **E**t
mīlites plectentes coronā de spi-
nis: imposuerūt capiti ei: et veste

Parasceues.

purpurea circumdederunt eum:
et veniebant ad eum: et dicebant **A**
Ue rex iudeorum. **Q** Et da/
bant ei alapas. **E**rgo iterum pila
tus foras et dicit eis **A** Ecce addu
co vobis eum foras: ut cognosca
tis quia in eo nullam causam iue
nio. **Q** Ergo iheresus por
tans spineam coronam: et purpu
reum vestimentum et dicit eis pi
latus **A** Ecce homo **Q** Cum
ergo vidissent eum pontifices et
ministri: clamabant dicentes. **A**
Crucifige: crucifige eum **Q** Di
cite eis pilatus. **A** Accipite eum
vos: et crucifigite. Ego enim non
inuenio in eo causam. **Q** Respon
derunt ei iudei. **A** Nos legem ha
bemus. et secundum legem debet mori.
quia filium dei se fecit. **Q** Cum
ergo audisset pilatus hunc sermo
nem: magis timuit. Et ingressus
est pretorium iterum et dicit ad ie
sum. Unde es tu? Iesus autem re
sponsum non dedit ei. Dicit ergo
ei pilatus. **A** Mihi non loque
ris? Rescis quia potestatem habeo
crucifigere te: et potestatem habeo
dimittere te? **Q** Respondit ihe
sus. **T** Non haberes potestatem
aduersum me ullam nisi tibi esset
datum desuper. Propterea quod tra
didit me tibi: maius peccatum ha
bet. **Q** Et exinde querebat pi
latus dimittere eum. Iudei autem
clamabant dicentes. **A** Si hunc
dimittris non es amicus cesaris
Omnis qui se regem facit contra
dicit cesari. **Q** Pilatus ergo cum
audisset hos sermones: adduxit fo
ras iheresum et sedit pro tribunali in

loco qui dicitur lichostratos. he
braice autem gabatha. Erat au
tem parasceue pasche: hora quasi
sexta. Et dicit iudeis **A** Ecce rex
vester. **Q** Illi autem clamabant
A Tolle: tolle crucifige eum
Q Dicit eis pilatus. **A** Regem
vestrum crucifigam? **Q** Res
ponderunt pontifices. **A** Non
habemus regem: nisi cesarem
Q Tunc ergo tradidit eis illum
ut crucifigeretur. Susceperunt au
tem iheresum: et eduxerunt. Et ba
iulans sibi crucem: exiit in eum
qui dicitur caluarie locus. hebraice
autem golgatha. ubi eum cru
cifixerunt. Et cum eo alios duos:
hinc et hinc: medium autem ihe
sum. Scripsit autem et titulum pi
latus: et posuit super crucem. Erat
autem scriptum. iheresus naza
renus rex iudeorum. Hunc ergo
titulum multi legerunt iudeorum:
quia prope civitatem erat locus
ubi crucifixus est Iheresus. Et erat
scriptum: hebraice. grece et latine
Dicebant ergo pilato pontifices
iudeorum. **A** Noli scribere rex
iudeorum. Sed quia ipse dixit rex
sum iudeorum. **Q** Respon
dit pilatus. **A** Quod scriptum scri
psi. **Q** Milites ergo cum cruci
fixissent eum: acceperunt vestimen
ta eius. et fecerunt quatuor par
tes. unicuique militi partem et tuni
cam. Erat autem tunica inconsu
tilis: desuper contexta per totum
Dixerunt ergo adinuicem **A**
Non scindamus eam: sed sortia
mur de illa cuius sit. **Q**
Et scriptura impleretur dicens.

Parasceues.

Partiti sunt vestimenta mea sibi
et in vestem meam miserunt sortē
Et milites quidem hec fecerunt.
Stabant autem iuxta crucem ie-
su mater eius et soror matris eius
maria cleophe. et maria magdale-
na. Cum vidisset ergo ihesus ma-
trem et discipulum stantem que-
diligebat: dicit matri sue **Mu-**
lier ecce filius tuus. **Q** Deinde di-
xit discipulo. **Ecce mater tua.**
Q Et illa hora: accepit eum disci-
pulus in sua. Postea sciens iesus
quia iam omnia consummata sunt
ut consummaret scriptura dixit.
Hic **Q** Vas ergo positum
erat: aceto plenum Illi autem spon-
giam plenam aceto hyssopo circum-
ponentes: obtulerunt ori eius. Cum
ergo accepisset ihesus acetum: di-
xit **Consummatum est.** **Q**
Et inclinato capite tradidit spm.
Hic flexis genibus dicatur Pa-
ter noster. Iudei ergo quoniam pa-
rasceue erat: ut non remanerent
in cruce corpora sabbato: erat enim
magnus dies ille sabbati. rogave-
runt pilatum ut frangerentur eo-
rum crura. et tollerentur. Vene-
runt ergo milites. et primi quidem
fregerunt crura: et alterius que cru-
cifixus est cum eo. Ad ihesum autem
cum venissent ut viderent eum iam
mortuum: non fregerunt eius cru-
ra. sed vnus militum lancea latus
eius aperuit: et continuo exiit san-
guis et aqua. Et qui vidit testimo-
nium perhibuit: et verum est testi-
monium eius. Et ille scit quia ve-
ra dicit: ut et vos credat. Facta sunt
enim hec ut scriptura impleretur

Os non comminuetis ex eo. Et ite-
rum alia scriptura dicit. Videbunt
in quem transfixerunt. **Euan-**
gelium cantatur more solito.

Post hec autem rogauit pila-
tum ioseph ab arimathia
eo quod esset discipulus iesu. occultus
autem propter metum iudeorum
ut tolleret corpus iesu. Et permi-
sit pilatus. Venit ergo et tulit cor-
pus iesu. Venit autem et nychode-
mus qui venerat ad iesum nocte
primum ferens mirturam myr-
the et aloes quasi libras centum. Ac-
ceperunt ergo corpus iesu: et liga-
uerunt eum lintheis cum aroma-
tibus. sicut mos est iudeis sepeli-
re. Erat autem in loco ubi crucifi-
xus est hortus: et in horto monu-
mentum nouum: in quo nondum
quisquam positus fuerat. Ibi ergo pro-
pter parasceuen iudeorum. quia
iuxta erat monumentum: posue-
runt iesum. **P**ost passionem sa-
cerdos dicit orationes solemnes in
dextro cornu altaris. quarum pri-
ma est pro pace ecclesie dicendū **pl-**
ne sine dominus vobiscum.

Oremus dilectissimi nobis
pro ecclesia sancta dei ut ea
deus et dominus noster pacifica-
re et custodire dignetur toto orbe
terrarum subiciens ei principa-
tus et potestates: detque nobis quie-
tam et tranquillam vitam de gen-
tibus glorificare deum patrem om-
nipotentem.

Sine conclusione **¶** Deinde

Parascenes.

Oremus. Syaconus stans a dext-
ris dicit. Electamus genua. Tunc
clerus et populus flectunt genua.
Et deinde sacerdos psequitur sequen-
tem orationem.

Omnipotens sempiternus de-
us qui gloriam tuam omnibus
in christo gentibus reuelasti custo-
di opa misericordie tue: ut ecclesia
tua toto orbe diffusa stabili fide in
professione tui nominis perseueret.

Seinde dicit Syaconus. Leuate.
Sacerdos psequit conclusionem
orōnis sic. De eundem dñm nostrū
ihesum xp̄m filiū tuum qui te. vi.
et regnat i unitate spūs sancti de-
us p oia secula seculorū Amē. Ide-
o rdo fit in omnibus oratioibus an-
teq̄ crux adoret. Seinde sacerdos

Oremus et p beatissi-
mo papa nostro. Oratio
ut deus
et dominus noster qui elegit eū in
ordinem ep̄atus: saluū atq̄ inco-
lumē custodiat ecclesie sue sancte
ad regendū populū sanctum dei

Oremus. Electamus genua

Omnipotens sempit-
erne deus cuius iudicō vni-
uersa fundantur. respice propicius
ad preces nostras et electus nobis
antistitem tua pietate pserua: ut
christiana plebs que tali guberna-
tur auctore. sub tanto pontifice cre-
dulitatis sue meritis augeatur.

Leuate. P dominum nostrū etc.

Pro vniuersis gradibus ecclesie.

Oremus et p omnibus ep̄is
psbiteris et diaconibus sub-
dyaconibus accholitis exorcistis:
lectoribus ostiariis p̄fessorib⁹ vir-
ginibus viduis. et pro omni popu-

lo sancto dei Oremus Electamus
genua

Omnipotens sempiternus de-
us: cuius spiritu totum cor-
pus ecclesie sanctificatur et regit:
eraudi nos pro vniuersis ordini-
bus supplicantes. ut gratie tue mu-
nere ab omnibus tibi gradibus fi-
deliter seruiatur. Leuate. P do-
minum nostrum ihesum christus
filium tuum eius.

Oremus Pro Imperato.
et pro christianissimo impe-
ratore nostro. Oratio. ut deus et domi-
nus noster subditas illi faciat om-
nes barbaras nationes: ad nr̄am
perpetuam pacem. Oremus.

Electamus genua

Omnipotens sempiternus de-
us in cuius manu sunt om-
nium potestates et omnia iura re-
gnorum. respice ad romanum be-
nignus imperium ut gentes que
in sua feritate confidunt potentie
tue dextera comprimantur.

Leuate. P dominum vobstrum

Pro cathecuminis

Oremus et p cathecuminis
nostris ut deus et dominus
noster adaperiat aures precordio-
rum ipsorum. sanuamq̄ miseri-
cordie. ut per lauacrum regenera-
tionis accepta remissione omnium
peccatorum. et ipsi inueniantur i
christo ihesu domino nostro

Oremus. Electamus genua.

Parasceues.

Omnipotēs sempiternus deus qui ecclesiam tuam noua semper prole fecundas: auge fidem et intellectum; cathecuminis nostris. ut renati fonte baptismatis adoptionis tue filii aggregentur. **Leuate. P. dñm nostrum.**

Oremus dñi **Pro tribulatis** lectissimi nobis deum patrem omnipotentem: ut cunctis mundum purg; erroribus morbos auferat famem depellat. aperiat carceres. vincula dissoluat. peregrinantibus reditum. infirmantibus sanitatem. nauigantibus portum salutis indulgeat. **Oremus. Electamus genua**

Omnipotens sempiternus deus mellorum consolatio. laborantium fortitudo pueniat ad te preces. de quacumque tribulatione clamantium: ut omnes sibi in necessitatibus suis misericordiam tuam gaudeant affuisse. **Leuate. P. d.**

Pro hereticis et scismaticis.

Oremus et pro hereticis et scismaticis. ut deus et dominus noster eruat eos ab erroribus uniuersis. et ad sanctam matrem ecclesiam catholicam atque apostolicam reuocare dignetur. **Oremus Electamus genua**

Omnipotens sempiternus deus qui saluas omnes et neminem vis perire: respice ad animas diabolica fraude deceptas. ut omni heretica prauitate deposita errantium corda resipiscant: et ad veritatis tue redeant unitatem

Leuate. P. dominum nostrum Ihesum christum etc.

Oremus et pro **Pro iudeis** perfidis iudeis ut deus et dominus noster auferat velamen de cordibus eorum: ut et ipsi agnoscant ihesum christum dominum nostrum. **Oremus** **Hic non dicitur** flectamus genua nec sit genuflectio sed sacerdos legat orationem sequentem

Omnipotens sempiternus deus qui etiam iudaicam perfidiam a tua misericordia non repellis exaudi preces nostras quas pro illius populi obcecatione deferimus. ut agnita veritatis tue luce que christus est a suis tenebris eruant. **P. dñm dominum nostrum ihesum.**

Oremus et pro **Pro paganis.** pagans: ut deus omnipotens auferat iniquitatem a cordibus eorum et relictis ydolis suis uertantur ad deum viuum et verum. et unicum filium eius ihesum christum deum et dominum nostrum

Oremus. Electamus genua.

Omnipotens sempiternus deus qui non mortem peccatorum sed vitam semper inquiris: suscipe propitius orationem nostram et libera eos ab ydolorum cultura et aggrega ecclesie tue sancte ad laudem et gloriam nominis tui. **Leuate. P. dominum nostrum. cum ceteris usque per omnia secula seculorum. Amen inclusive.** **Seinde duo sacerdotes stantes in casulis et tenentes crucem coopertam pallio rubeo cantet fracta voce usque in finem hunc vsu.** **Popule meus quod feci tibi aut in quo peristavi te. responde mihi: quia eduxi te de terra egypti parasti crucem saluatori tuo.** **Seinde duo**

Parascenes.

sculares. **Agpos otheos.** **Agpos**
hyschyros. **Agpos athanathos**
eleison imas. **Chorus** respondit
ter flectendo genua. **Sanctus de?**
Sanctus fortis. **Sanctus** et im/
mortalis. miserere nobis. **Sacer-**
dotes cum cruce paululum pgressi
cantet **Quia** eduxi te p desertum
quadraginta annos et manna ci/
bauit te et introduci in terram; satis
bonam parasti crucem saluatori
tuo. **Scholares Agpos.** vt supra
Chorus. **Sanctus.** **Sacerdotes**
iterum cum cruce paululum pgressi
cantent. **Quid** ultra debui facere
tibi. et non feci: ego quidem plara/
ui te vineam meam fructu decorauit
et tu facta es mihi satis amara a/
ceto namque sitim meam potasti et lan/
cea perforasti latus saluatoris tui.
Scholares. **Agpos.** **Chorus.**
Sanctus. **Sacerdotes** ferentes cru/
cem ad exitum chori et tenentes cant
ibi detegit et eandem vsus populum
elevanto incipiunt alta voce. **Ecce**
lignum crucis. **Choro** psequente.
in quo salus mundi pependit ve/
nite adoremus. **Seinde** sacerdotes
modicum altis eleuando crucem et vo/
cem cantant. **Ecce lignum crucis.**
Choro respondente. in quo salus. vt
vsus ad psalm. **Seinde** iterum sacerdo.
altius eleuando crucem et vocem can/
tant. **Ecce lignum.** **Choro** psequen/
te. in quo. cum ceteris etc. **Psalm.**
Beati immaculati in via qui am/
bulant in lege domini **Seinde** pre/
dicti sacerdotes deponunt crucem errec/
tam ante altare. et cantor incipit **An.**
Crucem tuam adoramus domi/
ne. **Choro** flectente genua et psequente

et sanctam resurrectionem tuam
laudamus et glorificamus ecce enim
propter crucem venit gaudium in vniuer/
so mundo **Psalm.** **De?** misereatur nostri et
benedicat nobis illuminet vultum suum
super nos et misereatur nostri.
Repetit a choro An. **Crucem** tu
am vsus ad psalm **Seinde** canit p duos
Crucis fidelis in **Hym.**
ter omnes arbor vna nobi/
lis nulla silua talem profert fronde
flore germine. Pulce lignum dulce
clauos dulce pondus sustinens
Chorus repetit. **Crucis** fidelis ad om/
nes vsus. **Seinde** predicti duo can/
tant vsus sequentes. **Dage** lingua
gloriosi prelium certaminis et super
crucis trophaeum dic triumphum
nobilem qualiter redemptor orbis
immolatus vicerit. **Chorus.** **Crucis**
fidelis. **De** parietis prothoplasti
fraude factor condolens: quando
pomi noxialis morsu in mortem cor/
ruit. ipse lignum nunc notauit da/
na ligni vt solueret. **Crucis** fidelis.
Hoc opus nostre salutis ordo de/
poposcerat multiformis prodito/
ris ars vt artem falleret et mede/
lam ferret ide hostis unde leserat.
Crucis fidelis. **Quando** venit ergo
sacri plenitudo temporis missus
est ab arce patris natus orbis con/
ditor atque ventre virginali caro fa/
ctus prodijt. **Crucis** fidelis. **Fagit**
infans inter arta conditus prese/
pia membra pannis inuoluta vir/
go matrem alligat et pedes manusque
cruca stricta cingit fascia. **Crucis** fi/
delis. **Lustra** sex qui iam pacta
tempus implens corporis se volente na/
tus ad hoc passione deditus agnoscit

Barasceues.

in cruce lenetur immolandum stipite. **O**ruor fidelis. **H**ic acetū fel arundo spūta clauis lancea mire corpus pforatur sanguis vnda p fluit terra pontus astra mundus quo lauantur flumine **O**ruor fid. **E**lecte ramos arbor: alta tensa la ravisera ⁊ rigor: lentescat ille quē dedit natiuitas vt supni membra regis miti tendas stipite **O**ruor fi. **S**ola digna tu fuisti ferre p̄cium seculi atq; portum preparare nauta mūdo naufrago quem sacer cruor: pūxit fufus agni corpe. **O**ruor fidelis. **G**loria ⁊ honor deo vsq; q̄ altissimo vna patri filioq; cum inclito paracito cui laus est ⁊ potestas per eterna secula. **O**ruor fidelis inter. **S**einde legūtur oratōes sequētes ante crucem. et interim cātantur **A**ñ. **D**um fabricator: etc. vt infra

Oratio ante crucem

Domine iesu christe qui hodierna die in cruce suspensus ⁊ clauis confixus p redemptione hūani generis p̄rium sudisti sanguinem. quiq; latroni tecum pariter crucifixo humiliter supplicāti veniam scelerum ⁊ paradpsi amenitatem contulisti: concede nobis. qui venerabile vexillum sancte crucis suppliciter adoramus vt hoc semper contra omnes insidias diaboli signo defendamur. et per passionē tuam ab omnibus peccatis liberari. ⁊ resurrectionis tue participes esse mereamur. q̄ mortuus es p nobis et resurrexisti. ac viuis ⁊ regnas deus benedictus ī secula seculorum. Amen.

Alia oratio.

Domine iesu christe qui nos per crucis passionem hodierna die de diabolica seruitute liberasti. vt quo die hominem condideras eodem ⁊ reformares. exaudi me miserum et indignum peccatorem coram hoc signaculo crucis cōfitentem ⁊ deprecantem. vt huius venerabilis ⁊ vitalis significatione munitus ⁊ hostis nequissimi ignea tela repellere et ab inflicis euacuari vulneribus. ⁊ ad vitam eternam peruenire valeā. **P**re iesu christe saluator. **A**ñ.

Dum fabricator: mundi mortis supplicium pateretur in cruce clamans voce magna tradidit spiritum: ⁊ ecce velum templi scissum est monumēta aperta sunt terre: motus enim factus est magnus. quia mortē filij dei clamabat mūdos se sustinere non posse. aperto ergo lancea militis latere crucifigi domini exiuit sanguis ⁊ aqua ī redemptionem salutis nr̄e **A**ñ.

O admirabile precium cuius p̄dere captiuitas redempta est mūdi tartarea cōfracta sunt claustra inferni apta est nobis ianua regni **I**nterea venit sacerdos vt adoratam deo sculet crucem **S**einde ceteri et populus. **S**alutata vero cruce et reposita in loco suo. **P**resbiter indutus casula vadat ad locum vbi seruatum est corpus dñi cum thure et lumine et cum reuerētia deponat ad altare submissa voce cantādo.

Hoc corpus. **P**ostea ponat calices sup altare et corporale in loco suo et hostiam et infūdat vinum et aquā

Parasceues.

In calicem et ponat in locum suum. et cooptat utriusque. Postea secedens de altari dicat. **In nomine patris Adiuutorium nostrum. Confiteor deo patri. Misereatur. Indulgentiam etc.** more solito usque **Domine exaudi orationem meam** indu siue. et non ultra. Seinde ascendens ad altare. Quo finito inclinet se ante altare tacite dicēs. **In spiritu humilitatis et in animo contrito suscipiamur domine a te. non ultra.**

Quo finito statim se erigat et ordinet sacram hostiam sicut ordinari solet ante **Sanctus.** Seinde facta inclinatione eleuando hostiam ad labium calicis sub missa voce cāter **Oremus** Seinde eleuabit hostiam modicum altius supra calicē ut a circumstantibus videri posset Quo facto deponat eam supra corporale et cooperto calice dicat **Preceptis salutaribus moniti et diuina institutione formati audemus dicere. Pater noster qui es in celis etc.** iuxta solitum. Seinde dicto a choro. **Sed libera nos a malo.** Sacerdos accepta patena ut moris est dicat. **Libera nos.** Quod dicitur alte ut audiatur signando se sacerdos cum patena more solito. Seinde diuide sanctam hostiam sub his verbis **Per eundem dominum nostrum etc.** Siuisa hostia cantet sub missa voce **Per omnia seculorum Amen.** Tunc mittat partem in calicem solito more nihil dicens sicut alis consuetum est. **Pater domini non dicitur. nec Agnus dei nec Fiat hec committis. nec ille orationes Domine iesu christe dicantur**

Sed coopto calice dicere potest **Deus spiritus Domine non sum dignus.** Seinde erigat se et prior comunicet. et alij qui voluerint. Ad sumptionē calicis dicere potest tñ **Laudans inuocabo dominum et ab.** Post sumptionē calicis dicat. **Quod ore sumpsimus. et non plus Corpus tuum dñe non dicitur. Sed sumpta ablutione leguntur immediate vesp̄ cum silentio. sine Deus in adiutorium. s̄ plane sic incipiendo psal.** **Confitebor cum ceteris psal. de septa feria absque Gloria patri. et Antiphona et hym. et v. Et finitis psal. dicitur psal. Magnificat etiam sine Gloria patri Quo finito dicitur v. Xpus factus est pro nobis obediēs deo patri usque ad mortem: mortem autem crucis. Seinde **Pater noster. psal. Miserere mei. sine Gloria.** Seinde reperitur v. **Xps factus est ut supra** Seinde sine **Dominus vobiscum et Oremus dicitur. Coll. Respice quod dñe sup hanc familiā tuā pro qua dñs noster iesus xp̄s nō dubitauit manibus tradi nocentiū et crucis subire tormentum. sine cōclusionē** **Hic rite pacti sacerdos cū ceteris spiritus casula crucē portans paulatim ad sepulcrū p̄cedētibus cādelē thuribulo et aq̄ b̄ndicta cantādo sub missa voce** **Antiphona. Ecce quō morit iust? Interim crux in eodē loco quā sepeliēdo ponat. et thurificet eam incenso. et aspergat aq̄ b̄ndicta. et signet sepulcrum lapidē.** **Quibus pacti canit sub missa** **Antiphona. Sepulto dño cū suo v. Et om̄s salutēt crucē flectētes genua ante sepulcrū. Et sic cōpleta sūt oia. ponat cādelē cca sepulcrū fm factatē cuiuslibz eccie etc.****

In vigilia Pascebe Benedictio noui ignis

Sacerdos indutus vestimentis sacerdotalibus absq; casula loco cōstitutus cappa serica si hēt accedat cū processioe tacēdo ad locū vbi nouus ignis bñdicēdus ē. pcedētibus cruce: aq; bñdicā et thuriblo et duabus cadel' nō ardētibus oibus cadel' in ecclia exticti. Et interī q; infra scripte orōes legūt accendat strues lignorum nouo igne de silice excusso. Sacerdos prius dicat

Domine deus noster. **O**ra. **O**ra. Pater opus exaudi nos lumē indeficiēs: tu es dñe conditor oim luminū. bene. **D**ic q; hoc lumen qd p te sanctificat atq; benedicat. Tu illuminasti dñe om̄es mundū presta q;: ut igne claritatis tue accendamus et illuminemur. et sicut igne illumasti moysen ita illumare dignare corda nostra et sensus nostros ut ad vitam eternā puenire mereamur. **P**christum dñm nostrum Amen. **O**remus.

Domine sancte. **I**tem oratio. **O**ra. p opus eterne deus qui in tuo nomine et in filij tui dñi nostri iesu xpi et sancti spūs bñdictione bñdicimus: et sancti ficamus hūc ignem adiua nos. **P**eundē. eiusdem spiritus. **S**einde aspargat ignis aq; bñdicā. et ipositi carbōibus. De igne bñdicō i thuriblo thurificet ignis de quo et candelae supdicte accendantur. Et interim canit a duobus sequens hymnus. **C**horo respondete. **L**ucē redde. ut infra. Et s̄m chorū maiorē ecclie possunt tm̄ tres primi vsus de/cantari s̄m placitū. **S**equit̄ Hym.

Iuuentor rutili dux bone luminis qui certis vicibus tēpa diuidis merso sole chaos ingruit horridū: **L**ucē redde tuis xpe fideibus. **Q**uāuis innūero sidere regia lunariq; polū lapade pinxerit incussu silicis luia nos tm̄ monstrat sarigeno semine q̄rere. **L**ucē. **N**e nesciret hō spē sibi luis in xpi solido corpe p̄ditā qui dicit stabilē se voluit petrā nr̄is igniculis vñ genit. **L**ucē. **L**ignis quos olei rore madētibus lychnis ac facibus pascimus aridis quin et fila fauis scirpea floreis p̄sso melle prius collata fingimus. **L**ucē. **Q**uar flāma vig; ceu caua testula succū liteolo suggerit ebriō ceu pinus piceā fere alimonia; ceu cerā teretē stupa calēs bibit. **L**u. **S**plendēt ergo tuis mūeribus p̄ flāmis mobilibus scilicet atria. absentēq; diem lux agit emula quā nox cū lacero victa fugit peplo. **L**ucē **O**res digna deus quā tibi roscide nocte p̄cipio grex tuus offerat lucē qua tribuis nil p̄ciosius lucē qua reliq; p̄mia cernimus. **L**ucē. **T**u vera lux oculis lux q; sensibus intus tu speculū foris lumē qd famulās offero suscipe tinctū pacifici chrisimatis sanguine. **L**ucē. **P**er quē splēdor honor laus sapia maiestas bonitas et pietas tua regnū p̄tinuāt numine triplici terēs p̄petuis secula seculis. **L**ucem. **S**einde pcedit tacēdo cum eadem processione vbi cereus paschalis bñdicendus est

Bñdictio cerei. **S**acerdos vel dyaconus benedicat cereum cantādo **E**xultet rō. ut sequitur

Exultet iam angelica turba dei misericordiam invocare. ut qui me
 celorum exultent divina misteria et non meis meritis intra leuitarum
 partem regis victoria tuba insonet numerum dignatus est aggregare
 salutaris. Gaudeat se tellus tantum luminis sui gratiam infundendo ce-
 tis irradiatam fulgoribus et eter- rei huius laudem implere precipiat
 ni regis splendore illustrata toti? **P**ro dominum nostrum iesum christum filium
 orbis se sentiat amisisse caliginem. eius qui cum eo et spiritu sancto vivit et
Letetur et mater ecclesia tanti lu regnat deus. Per omnia secula
 minis adornata fulgoribus et ma seculorum. Amen. Dominus vobiscum.
 gnis populorum vocibus hec aula Et cum spiritu tuo. Sursum corda.
 resultet. Quapropter astantes vos **H**abemus. Gratas agamus domino
 fratres charissimi ad tam miram deo nostro. Dignum et iustum est
 sancti huius luminis claritatem **T**ere dignum et i- **Sequitur**
 vna mecum queso omnipotentis **Q**uem est Inuisibilem deum patrem. **Prefatio**
 k ij

omnipotentem filiumque eius uni
genitum dominum nostrum ihesum
christum sanctum quoque spiritum
toto cordis ac mentis affectu et vo
cis misterio personare. Qui pro no
bis eterno patri ade debitum soluit
et veteris piaculi cautorem pro cru
ore deterfit. **Hec** sunt enim festa
pascalicia in quibus ille verus ag
nus occiditur eiusque sanguine po
stes consecrantur. **Hec** nox est in qua
primum patres nostros filios is
rael eduxisti domine de egipto que
postea rubrum mare sicco vestigio
transire fecisti. **Hec** igitur nox est
que peccatorum tenebras coluine
huius illuminatione purgavit.
Hec nox est que hodie per uniuersum
mundum in christo credentes
a vicibus seculi et caligine peccatorum
segregatos reddit gratie sociatque
sanctitati. **Hec** nox est in qua de
structis vinculis mortis christus
ab inferis victor ascendit. **Nihil**
enim nobis nasci profuit nisi redi
mi profuisset **O**mnia circa nos tue
pietatis dignatio. **O** inestimabili
lis dilectio charitatis : ut seruum

redimeres filiū tradidisti. **O** bea

ta nox que sola meruit scire tēpus

et horam in qua christus ab inferis

resurrexit. **N**ec nox est de qua scri

ptum est et nox ut dies illuminabi

tur. et nox illuminatio mea in deli

ctis meis. **Q**uius igitur sanctifi

catio noctis fugat scelera. culpas

lauat. et reddit innocentiam lapsis.

meis leticiam. **F**ugat odia con

cordiam patet et curuat impia. **I**n

huius igitur noctis gratia susci

*Hic ponatur
in cereum in hunc
modum patet unum
granum in medio
crucis*

incensum huius sa

crificium vespertinum

quod tibi in hac cerei

oblatione solenni

per ministrorum manus

de operibus apostolorum

sacrosancta redidit

ecclesia. **S**ed iam; columne huius

preconia nouimus: quam in ho

noce nominis tui rutilans ignis

accendit. **Q**ui licet

diuisus in partes

mutuari luminis

detrimenta non

nouit.

*Hic ponat se
cundum granum in
summo crucis.*

*Hic ponat ter
cium granum in
imo crucis:*

*Hic ponat quatuor
granum in sinistra
parte crucis*

*Hic ponat qui
ntum granum in dex
tera parte crucis*

*Hic accenda
tur cereus cuius
luminis quod se
rebat de igne
ne benedicto et
ab eo alij cerei.
Deinde sacer
dos seu dyaco
nus persequatur
ut sequitur.*

Alitur liquētibus ceris quas in ab inferis hūano generi serenus
 substātiā p̄ciōse huius lāpadis illuxit. **P**recamur ergo te dñe ut
 apes mater eduxit. **O** vere beata nos famulos tuos omnē clez ⁊ de
 nor. que expoliāuit egyptios dita uotissimū pplm. vna cū papa n̄ro
 uit hebreos. **N**or in qua terrenis **R.** ⁊ gloriōsimo ipa/ **H**ic cātādo
 celestia iungunt. **O**ramus ergo **R.** ⁊ gloriōsimo ipa/ **H**ic cātādo
 te dñe ut cereus iste in hū nozē no **R.** nec nō ⁊ **H**ic noīabit
 minis tui p̄secratus ad noctis hu **R.** q̄ete **H**ic noīabit
 tus caliginē destruēdā indeficiēs. libus sacramētis p̄seruare digne
 p̄seueret **Q**uē in odorē suauitat; ac **R.** **P** dñm nostrū iesum christum.
 ceptus sup̄nis lūiaribus misceat; **R.** **F**ilium tuū; qui te. uiuūt ⁊ reg. de?
Flammas eius lucifer matuti/ in vnitate spiritus sancti per om/
 nus inueniat **I**lle inq̄; lucifer qui nia secula seculorum. **C**horus
 nescit occasum **I**lle qui regressus **A**men

In vigilia pasce.

Seinde lector accedat ad pulpitum vel p̄sbyter ad altare et legat sine titulo lectiones.

In principio creauit deus celum et terram. Terra autem erat inanis et vacua. et tenebre erant super faciem abyssi et spiritus dei ferebat sup aquas. Dixitq; deus. Fiat lux. Et facta est lux. Et vidit deus lucē q̄ ess; bona. et diuisit lucem a tenebris. appellauitq; lucem diem. et tenebras noctem. Factūq; est vespere et mane dies vnus. Dixit quoq; deus. Fiat firmamentū in medio aquarum: et diuidat aquas ab aq̄s. Et fecit deus firmamentum: diuisitq; aquas que erant sub firmamento. ab his que erant super firmamentum. Et factum est ita. Vocauitq; deus firmamentum celū. Et factum est vespere et mane dies secundus. Dixit vero deus. Congregentur aque que sub celo sunt in locum vnum: et appareat arida. Factumq; est ita. Et vocauit deus aridam terram: congregationesq; aquarum appellauit maria. Et vidit deus q̄ esset bonū et ait. Seminet terra herbam virentē et facientem semen: et lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum: cuius semen in semetipso sit sup terram. Et factūq; est ita. Et protulit terra herbam virentem: et afferētem semen iuxta genus suum. lignumq; faciens fructum: et habens vnumquodq; sementem sc̄dm speciem suam. Et vidit deus q̄ ess; bonum: factumq; est vespere et mane dies tertius. Dixit autem deus. Fiant luminaria in fir-

mamento celi. et diuidant diem et noctem: et sint in signa et tempora et dies et annos et luceant in firmamento celi. et illuminent terrā. Et factum est ita. Fecitq; deus duo luminaria magna: luminare maius vt p̄esset diei: et luminare minus vt p̄esset nocti. Et stellas. Et posuit eas in firmamento celi: vt lu-terent sup terram. et p̄essent diei ac nocti et diuiderent lucem a tenebris. Et vidit deus q̄ esset bonum et factū est vespere et mane dies quartus. Dixit etiam deus. Producat aque reptile anime viuētis. et volatile sup terram sub firmamento celi. Creauitq; deus cete gradia: et omnem animā viuētē atq; motabilem quam p̄dixerant aque in spēs suas: et omne volatile sc̄dm genus suum. Et vidit deus q̄ ess; bonum. b̄ndixitq; eis dicens. Crescite et multiplicamini: et replete aquas maris: autēsq; multiplicentur sup terram. Et factū est vespere et mane dies quintus. Dixit quoq; deus. Producat terra animant viuētē in genere suo: iumenta et reptilia et bestias terre sc̄dm spēs suas. Factūq; est ita. Et fecit deus bestias terre sc̄dm spēs suas: et iumenta et oē reptile etc in genere suo. Et vidit ds q̄ ess; bonū et ait. Faciam? hoīem ad imaginē et similitudinē nr̄am: et p̄sit piscibus maris et volatilibus celi: et bestiis vniuersę terre: om̄iq; reptili quod mouet in terra. Et creauit ds hoīem ad imaginē suā: ad imaginē dei creauit illum: masculinum et feminam creauit eos. Benedixitq;

In vigilia pasce.

illis deus et ait. Crescite et multiplicamini et replete terram. et subiicite eam. Et dominamini piscibus maris et volatilibus celi. et uniuersis animantibus que mouentur super terram. Dixitque deus. Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram. et uniuersa ligna que habent in semetipsis seminem generis sui: ut sint vobis in escam et cunctis animantibus terre. omniisque volucris celi: et uniuersis que mouentur in terra. et in quibus est anima viuens: ut habeant ad vescendum. Et factum est ita. Viditque deus cuncta que fecerat: et erat valde bona. Et factum est vespere et mane dies sextus. Igitur perfecti sunt celi et terra et omnis ornatus eorum. Compleuitque deus die septimo opus suum quod fecerat: et requieuit die septimo ab uniuerso opere quod parauit. **Sacerdos. Oremus. sine flectamus genua.**

Deus qui mirabiliter hominem creasti. et mirabilius redemisti: da nobis que sumus: contra oblectamenta peccati mentis ratione persistere. ut mereamur ad gaudia eterna puenire. Per dominum nostrum iesum christum

Lectio secunda

Factum est in vigilia matutina: et ecce respiciens dominus supra castra egyptiorum per columnam ignis et nubis interfecit exercitum eorum: et subuertit rotas curruum: ferebanturque in profundum. Dixerunt ergo egyptii.

Fugiamus israellem. dominus est pugnator pro eis contra nos. Et ait dominus ad moysen. Extende manum tuam super mare: ut reuertatur aque ad egyptios super currus et equites eorum. Cuius extenderit moyses manum contra mare: reuersus est primo diluculo ad priorem locum. Fugientibusque egyptiis occurrerunt aque: et inuoluit eos dominus in medijs fluctibus. Reuersesque sunt aque et cooperuerunt currus et equites cuncti exercitus pharaonis. qui sequentes ingressi fuerant mare: nec vnus quidem superfuit ex eis. Filii autem israel perreuerunt per medium sicci maris et aque eis erant per muros a dextris et sinistris liberauitque dominus in die illa filios israel de manu egyptiorum: et viderunt egyptios mortuos super littus maris. et manum magnam quam exercuerat dominus contra eos. **Metuitque populus dominum et crediderunt domino et moysi seruo eius. Tunc cecinit moyses et filii israel carmen hoc domino et dixerunt.**

Tractus

Quoniam domino gloriose est honorificatus est equum et ascensorem proiecit in mare. adiutor et protector factus est mihi in salutem

o Hic deus meus et honorabo eum deus patris mei et exalabo eum. **o** Dominus conterens bella dominus nomen est illi

Oremus

In vigilia pasce.

Deus cuius antiqua // *Drō.*
miracula in presenti quoque
seculo choruscare sentimus: postea
quesimus. ut sicut priorē populū
ab egyptiis liberaſti. ita hoc ad sa-
lutem gētiū p̄ aquas baptisma-
tis opereris. *P̄ dñm nostr̄ iesum.*

Aprehendent se // *Lcō. iij.*
ap̄tem mulieres virum unū
in die illa dicentes. Panem nostr̄
comedimus. et vestimētis nostris
operiemur: t̄m̄modo inuocet no-
men tuū sup nos: aufer opprobriū
nostr̄. In die illa erit germen dñi
in magnificētia et gloria: et fructus
terre sublimis. et exultatio his qui
saluati fuerit de israel. Et erit om-
nis qui relictus fuerit in sion. et re-
siduus in hierusalē sanctus voca-
bitur: omnis qui scriptus est in vi-
ta in hierusalem. Si abluerit dñs
sordē filiarū sion: et sanguinē iher̄ez
lauerit de medio eius in spū iudi-
cij et spū ardoris. Et creauit dñs
sup omnem locum montis sion. et
ubi inuocatus est nubem p̄ diem.
et fumum. et splendorē ignis flam-
matis in nocte. Dup̄ omnē enim
gloriam p̄tectio: et tabernaculum
erit in umbra: aculum diei ab estu:
et in securitatem et absconſionem
a turbine et pluuia.

Tractus
Vinea facta est dilecto in cornu
loco uberi. *v̄* Et maceriam cir-
cumdedi et circumfodi et planta-
ui vineam zoreth. et edificauit tur-
rim in medio eius. *v̄* Et torcu-
lar fodi in ea. vinea enim domini
sabaoth domus israel est

Oremus

Oratio

Deus qui nos ad celebrandū
pascale sacramentū utrius-
que testamēti paginis instruis: da
nobis intelligere miām tuā ut ex
p̄ceptione p̄sentium munerū. fir-
ma sit expectatio futurorū. *P̄ do.*

Nec est hereditas. *Lcō. iij.*
seruorū dñi et iusticia eorū
apud me dicit dñs. Om̄s sitientes
venite ad aquas. et qui nō habetis
argentū: p̄perate emite et comedite
te. Venite emite absq; argēto. et absq;
vlla p̄mutatōe vinū et lac. Qua-
re appēditis argentū nō in panib?
et laborē vestr̄ non in saturitate?
Audite audientes me et comedite
bonū: et delectabit̄ in crassitudine
aiā vestra. Inclinate aurē vestrā
et venite ad me. audite et viuet aiā
vr̄a. Et feriā et obiscū pactū semp̄-
ternum: misericordias dauid fide-
lis. Ecce testē populis dedi eū: du-
cem ac p̄ceptorē gentibus. Ecce
gentē quaz nesciebas vocabis. et
gentes que non cognouerunt te.
ad te currēt propter dominum de-
um tuum. et sanctum israel quia
glorificauit te. Querite dominū:
dum inueniri potest: inuocate eū
dum prope est. Derelinquat im-
pius viam suam et vir iniquus co-
gitationes suas: et reuertatur ad
dominum. et miserebit̄ eius et ad-
deum nostrum quoniam multus
est ad ignoscendum. Non enim
cogitationes mee: cogitationes
vestre: neque vie mee vie vestre di-
cit dominus: quia sicut exaltātur
celi a t̄ra. sic exaltate sunt vie mee
a v̄is vestris: et cogitatōes mee a

In vigilia pascead fontē.

cogitatōnibus vestris Et quomodo descendit imber et nix de celo et illuc ultra non reuertitur: sed inebriat terram et infundit eam: et germinare eam facit. et dat semen ferenti et panem comedenti: sic erit verbum meum quod egredietur de ore meo. Non reuertetur ad me vacuum. sed faciet quecumque volui: et prosperabitur in his ad que misi illud. Dicit dominus omnipotens **A**ttrade celum et loquar et audiat terra verba ex ore meo. **E**xpectetur sicut pluuia eloquium meum et descendant sicut ros verba mea sicut imber super gramina et sicut nix super fenem. quia nomen domini inuocabo. **D**ate magnitudinem deo nostro deus vera opera eius. et omnes vie eius iudicia. **D**eus fidelis in quo non est iniquitas in istis et sanctus dominus. **O**remus.

Oratio

Deus qui ecclesiam tuam semper generalium vocatione multiplicas: concede propitius. ut quos aqua baptismatis abluis continua protectione tuearis. **P**ro dominum. Sicut ceruus desiderat. **T**ractus ad fontes aquarum. ita desiderat anima mea ad te deus. **D**icitur anima mea ad deum viuum quando veniam et apparebo ante faciem dei mei. **F**uerunt mihi lachryme mee panes die ac nocte. dum dicitur mihi per singulos dies ubi est deus tuus. **O**re.

Oratio.

Concede quesumus omnipotens deus. ut qui festa pascha

lia agimus: celestibus desideris accensi. fontem vite sitiamus **D**ominum nostrum iesum christum.

Secundo procedendum est ad fontem precedentibus crucibus vexill' cereo paschali. **C**rismate. **O**leo sancto. cantando sequentem letaniam que dicitur septenaria. ex eo quod unumquodque septies dicitur except' kyriei. **x**p' elepho. **E**p'e audi nos. **E**t saluator mundi **U**nus quodque illorum bis dicitur. semel per precentor' et semel per chorū **S**ufficit tamen quod tres sancti de apostolis pronunciant.

Secundo **O**mnes sancti apostoli et euangeliste. orate pro. **S**icut tres de martiribus. et tres de confesso. et tres de virginibus. **E**t consequenter usque ad **O**mnes sancti orate pro. inclusive.

Reprie eleison. **C**hriste eleison. **C**hriste audi nos. **S**aluator mundi adiuua nos. **S**ancta maria. **O**ra pro nobis. **S**ancte michael. ora. **S**ancte gabriel. ora pro. **S**ancte raphael. ora pro. **O**mnes sancti angeli et archangeli. **O**rate pro. **S**ancte iohannes baptista. ora. **O**mnes sancti patriarche et prophete. **O**rate. **S**ancti tres reges. orate pro nobis. **S**ancte petre. ora pro. **S**ancte paule. ora. **S**ancte andrea. ora. **O**mnes sancti apostoli et euangeliste. orate pro nobis. **S**ancte stephane. ora. **S**ancte laurenti. ora. **S**ancte georgi. ora. **O**mnes sancti martires. **O**rate. **S**ancte siluester. ora. **S**ancte martine. ora. **S**ancte seuerine. ora. **O**mnes sancti confessores. orate. **S**ancta felicitas. ora. **S**ancta cecilia. ora. **S**ancta lucia. ora. **O**mnes sancte uirgines et vidue. ora. **O**mnes sancti orate pro nobis.

Benedictio fontis.

Nota fm maiorem ecclesiam nō
continuat letania sed **S**einde sacer
dos accedat fontem benedicendum
Et primo dicit vsi. **S**omine apud
te est fons vite rō. vt infra a te Orō
nem siue Collectam. Sed fm ordi
nem vt infra ad placitum potest cō
tinuare letaniam totaliter.

Propicius esto. **P**arce nobis do.
Propicius esto. **L**ibera nos dñe.
Ab ira tua. **V**i. nos do. **A** peccatō
nostris. **L**ibera nos. **A** morte ppe
tua. **L**ibera nos do. **A**b omni ma
lo. **L**ibera nos do. **I**n die iudicij. **L**i
bera nos dñe. **P**eccatores. **T**e ro
gamus audi nos. **U**t pacem nob
dones. **T**e roga. au. nos. **U**t sani
tatem nobis dones. **T**e roga. au.
nos. **U**t fructus terre dare ⁊ pser
uare digneris. **T**e roga. audi nos
Ut ecclesiam tuam pacificare di
gneris. **T**e roga. audi vos. **U**t do
minum apostolicum ⁊ cunctū ec
clesiasticum ordinem in sancta re
ligione pseruare digneris. **T**e ro
gamus audi nos. **U**t cunctū po
pulum christianus p̄cioso sangui
nē tuo redemptum conseruare di
gneris. **T**e rogamus audi nos

Sequentem versum sacerdos ter
reperit faciendo crucem sup fontem
Ut fontem istū bene ⁊ dicere et
conseruare digneris. **T**e roga. au
di nos. **U**t gratia; sancti spiritus
cordibus nostris clementer infun
dere digneris. **T**e roga. audi nos.
Ut nos exaudire digneris. **T**e ro
gamus audi nos. **F**ili dei. **T**e ro
audi nos. **A**gne dei qui tollis pec
cata mundi **M**iserere nobis. **A**g
ne dei qui tollis peccata mundi.

Parce nobis do. **A**gne dei qui tol
lis peccata mundi. **D**ona no. pa.

Christe audi nos. **C**hriste audi
nos. **R**yprie eleison. **C**hriste elei
son. **R**yprie eleison. **E**xpleta
letania sacerdos dicat v. **D**ñe apd
te est fons vite **C**hor. **E**t in lumie
tuo videbimus lumen. **D**omin⁹
vobiscum. **E**t cum spū tuo. **O**re.
Seinde ad modū collecte legat hāc

Orationem.

Omnipotens sempiternae de
us adesto magne pietatis
tue misterijs adesto sacramentis
et ad creādos nouos populos. q̄s
tibi fons baptismatis p̄curit spiri
tum adoptionis emitte: vt qd no
stre humilitatis gerendū est minis
terio tue virtutis impleatur effe
ctu. **P** dominum nostrum iesum
christum filium tuum. qui tecum
vixit et regnat in vnitae eiusde;
spiritu sancti deus.

Per omnia secula seculorū

Amen. **D**ominus vobiscum. **E**t

cum spū tuo. **S**ursum corda. **H**a

bemus ad dominum. **G**ratias a

gamus dño deo nostro. **P**refatio

Aeternedeus. **Q**ui inuisibili po
l i

centia sacramentorum tuorum mirabili
liter operaris effectum. et licet nos
tantis mysteriis exequendis su-
mus indigni tu tamen gratie tue
dona non deserens etiam ad no-
stras preces aures tue pietatis in-
clina. **D**eus cuius spiritus super
aquas inter ipsa mundi primor-
dia ferebatur ut iam tunc virtutem
sanctificationis aquarum natu-
ra conciperet. **D**eus qui nocentis
mundi crimina per aquas ablu-
ens regenerationis speciem in ip-
sa diluuii effusione signasti: ut v-
nius eiusdemque clemenciam mysterio
et finis esset viciis et origo virtuti-
bus. **R**espice domine in faciem
ecclesie tue. et multiplica in ea rege-
nerationes tuas qui gratie tue af-
fluentis impetu letificas civitatem
tuam fontemque baptismatis apud toto or-
be fratrum gentibus innovandis ut tue
maiestatis imperio sumat unigeniti tui
gratiam de spiritu sancto **H**ic dividat
aqua manus in
modum crucis
Qui hanc aquam regenerandis
hominibus prepatam archana sui
luis admiratione fecundet ut sanctifica-
tione precepta ab immaculato divi

ni fontis utero in nouam renata

creaturam pgenies celestis emer

gat **U**t quos aut sexus in corpore

aut etas discernit in tempore om

nes in vnā p̄lat gratia mā in /

fantiam. **P**rocul ergo h̄ic iubēte

te domine omnis sp̄ritus immū

dus abscedat procul tota nequitia

diabolice fraudis absistat. **N**ihil

h̄ic loci habeat contrarie virtutis

admiratio non insidiando circum

uolet non latendo subripiat. non

inficiendo corrupat

Hic iterum tangat

aquam manu in mo

dum crucis

Sit hec sc̄a ✠

z innocēs creatura libera ab om̄i

impugnatoris icursu z totius ne

quitie purgata discessu.

Hic faciat tres

cruces sup̄ fontē

cum his verbis **S**it f̄os ✠ uiuus

aqua regenerans ✠ vnda ✠ pu

rificans. **U**t omnes hoc lauacro

salutifero diluendi operante i eis

sp̄s sancto p̄fecte purgationis in /

dulgentiam

Hic iterū faciat tres

cruces sup̄ fontē cum

his verbis

consequantē

Unde benedico te creatura aque

p̄ deum ✠ uiuum p̄ deum ✠ uer

p̄ deum ✠ sanctum qui te in prin

cipio ūbo sepauit ab arida cuius

spūs super te ferebatur qui te de

paradyso manare.

Hic effunde aquam manu ex bap-
tisterio in quattuor partes in mo-
dum crucis



Et in quattuor fluminibus
totam terram rigare precepit.

Qui te in deserto amaram suau

tate indita fecit esse potabilem et

sitienti populo de petra pduxit.

Hic fac crucem
supra fontē cum
hīs verbis. Bene ✠ dico te et p

iesum christum filium eius unicum

dominum nostrum qui te in cha

na galilee signo ammirabili sua

potentia puerit in vinū. Qui pe

dibus sup te ambulauit ✠ a iohā

ne in iordane in te baptizatus est

qui te vna cum sanguine de latere

suo pduxit e discipulis suis iussit:

ut credētes baptizarentur in te di

cens ✠ te docete omnes gentes ba

ptizantes eos in noie patris ✠ filij

✠ spiritus sancti.

Hic mutet vocem suam quasi lecti
Hec nobis p̄cepta onem legendo
seruantibus tu deus op̄s clemēs
adesto tu benignus aspira: tu haf
simplices aq̄s ore tuo bene ✠ dici
to ut p̄ter naturalē emundationē
quā lauandis corpibus p̄nt adhi
bere sint etiam purificādis mētī
bus efficaces P̄ dñm nostrum.

Hic mittat cereus ardēs in fontē et
dicat p̄s biter. Descēdat Et sufflet
trib? viab? i fontē iuxta hāc figurā.

Descēdat in hanc plenitudinem



fontis virtus spūs tui.
Hic sufflet sacerdos tribus viab?
in fontem iuxta hanc figuram De
inde dicat.

Totamque huius aque substantiam

regenerandi fecundet effectu.

Hic tollat cereus de aqua et iterum dicat sacerdos. Descendat cum ceteris per oia ut supra. Quod etiam faciet tertia vice. Quibus pactis dicat

Nicōim peccatorum macule deleantur

ad imaginem tuam condita et ad honorem

suum reformata principii cum

etis vetustatis squaloribus emundetur

ut ois homo hoc sacrum regenerationis

ingressus in vere innocentie

nouam infantiam renascatur.

Hic aquam accipe de baptismo ad aspergendum populum antequam chrismatizetur intem ut sufficere poterit dominicus diebus infra pasce et octavam penthes

Hic explet presbiter intecto pollice de chrismate mittat in aquam fontis in modum crucis dicens.

Sanctificet et fecundet fons iste in

noie patris et filii et spiritus sancti rena-

scantibus ex eo in vitam eternam Amen

Quibus itaque completur et haurificet fons compulsetur campana. Deinde revertentes ad chorum duo cantant letaniam que quinquaria dicitur ex eo quod unusquisque quinquies dicitur cantando tali modo ut supra notatum est usque. Omnes sancti orate pro nobis. Deinde incipit solenniter missam cum Kyrie pascali etc. Et sacerdos indutus casula dicat Confiteor etc. iuxta solitum. Et sic incipiat missam cum Kyrie. Gloria in excelsis dicitur. Quo finito dicit sacerdos Dominus vobiscum. Oramus

Collecta

Deus qui hanc sacratissimam noctem gloria domine resurrectionis illustras conserva in nova familie tue progenie adoptiois spiritum quem dedisti ut mente et corpore renovari puram tibi exhibeant servitutem eiusdem

Ad Colossenses.

Hees. Si consurrexistis cum christo que sursum sunt querite: ubi christus est in dextera dei sedes. Que sursum sunt sapite: non que super terram. Mortui enim estis: et vita vestra abscondita est. cum christo in deo. Cum enim christus apparuerit vita vestra: tunc et vos apparebitis cum ipso in gloria. Alleluia. Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius

In vigilia pasce.

Alla nō repetit. Tract. **L**audate
dñm omnes gentes. lau. eū. om̄s
p̄li. Qm̄ q̄fir. est sup nos m̄ia ei⁹
⁹ veritas dñi manet in et. An̄ eua
gelū non portet lumen s̄ incensum
Iube domine r̄. iuxta solitū dicit̄
tur **S**cdm̄ Mattheum

Uespere autem sabbati que
lucescit in prima sabbati: ve
nit maria magdalēa ⁊ altera ma
ria videre sepulchrum. Et ecce ter
remotus factus est magnus. An
gelus enim domini descendit d̄ ce
lo: ⁊ accedens reuoluit lapidem ⁊
sedebat super eum. Erat autem a
spectus eius sicut fulgur: ⁊ vesti
mēta ei⁹ sicut nix. Pre timore aūt
eius exterriti sunt custodes ⁊ facti
sunt velut mortui. R̄spondēs au
tem āgelus dixit mulieribus. No
lite timere vos. Scio enim q̄ ihe
sum qui crucifix⁹ est queritis. non
est hic. Surrexit enim sicut dixit.
Venite ⁊ videte locum: ubi posit⁹
erat dominus. Et cito euntes: di
cite discipulis eius quia surrexit:
⁊ ecce precedet vos in galileā. Ibi
eum videbitis: ecce predixi vobis.
Crede non dicit̄. Nec offertorium.
Sed Dominus vobis. d̄: et Ore
mus. Seinde. In spiritu humili
tatis cū ceteris more solito dicunt̄.

Secreta

Suscipe quesumus domine pre
ces populi tui cum oblationibus
hostiarum: vt pascalibus initiate
mysterijs: ad eternitatis nob̄ me
delam te operante proficiāt. Per
dominum nostrum ihesum chri
stum r̄.

Prefatio. Te quidem. Commu
nicantes ⁊ noctem sacratissimam
In frangendo hostiam dicat iuxta
solitū **P**ax domini d̄: **S**ed **A**g
nus dei non dicit̄. Necq̄ pay et oscu
lumpacis dat̄. Fiat hec commixtio.
dicit̄. s̄ oratio Domine iesu chris
te qui dixisti apostolis non dicit̄. Alia
vero oratio Domine iesu chris
te fi
li dei cum ceteris omnibus consuet⁹
dicitur. L. oio. non d̄. Postq̄ sacer
cōmunicauerit incipiūtur solemniter
vespe **A**d vesp̄. **A**nt̄. **A**lleluia
alla alla **P**sal. **L**audate dominū
omnes gentes: laudate eum oēs
populi. Quoniam q̄firmata ē su
per nos misericordia eius. ⁊ veri
tas dñi māet in et. in fine **G**la p̄ri
d̄: **S**einde immediate d̄: **P**sal. **M**a
gnificat cum **G**loria patri. **S**einde
super magnificat **A**nt̄. **U**espere au
tem sabbati que lucescit in prima
sabbati venit maria magdalena
et altera maria videre sepulchrū
alleluia. **S**einde sacerdos i altari di
cit versus populū **D**ominus vobis
scum. more solito. **O**remus.

Complenda

Spiritum nobis domine tue cha
ritatis infunde: vt quos sacramē
tis pascalibus satiasti tua facias
pietate cōcordes. **P** dominum no
strum. eiusdem r̄. **S**einde **D**omi
nus vobiscum **B**enedicamus do
mino alleluia semel sine benedictō
ne. **P**laceat tibi r̄. **S**icut̄ iuxta
solitum. **I**n die pasce **O**fficium r̄.
Require infra folio. lxxij.

In vigilia pasce.

In aspersione aque.

Uidi aquam egredientem de templo a latere dextro alleluia. et omnes ad quos puenit aqua ista salui facti sunt et dicent alleluia alleluia. *Psalm.* Confitemini domino quonia; bonus: quoniam in seculis misericordia eius.

Collecta.

Oncede quesumus omni/ potens deus ut qui festa pa/ scalia agimus: celestibus deside/ siderijs accensi. fontem vite sitia/ mus. Dominum nostrum filium tuum.

Ant.

In die resurrectionis mee dicit do/ minus alla congregabo gentes et colligam regna et effundam super vos aquam mundam alleluia

In pcessione aque. Ant.

Quum rex glorie christus infernum debellaturus intraret et chorus angelicus ante faciem eius portas precipum tolli preciperet sanctorum populi qui tenebatur in morte captiuus voce lachrymabili clamaue/ rat. Aduenisti desiderabilis que; expectabamus in tenebris ut edu/ ceres hac nocte vinculos de clau/ stris te nostra vocabant suspiria te larga requirebant lamenta tu factus es spes desperatis magna consolatio in tormentis alleluia.

Postea cantant scolares Hymnum.

Hymnus.

Salue festa dies toto venera/ bilis euo. Quia deus infer/ num vicit et astra tenet. Ecce rena/ sceris testatur gratia mundi. om/ nia cum domino dona redisse suo. **S**alue festa. Namque triumphati post tristia tartara christo vindi/ que; fronde nemus gramina flore fa/ uent. Quia. Legibus inferni op/ pressis super astra meantem. lau/ dant rite deus: lux polus arua frenum. **S**al. Qui crucifixus erat deus ec/ ce per omnia regnat. datque creatori cum cta creata preem. Quia. Nobilitat anni mensium decus atque dierum ho/ rarum splendor: scrupula puncta fo/ uens. **S**alue. Christe salus rerum bone conditor: atque redemptor. vni/ ca progenies ex deitate patris. Quia

Hec Ant. sequens canitur ante crucem in reditu.

Sedit angelus ad sepulchrum do/ mini stola claritatis coopertus. Vi/ dentes eum mulieres nimio ter/ rore perterrita astiterunt a longe. tunc locutus est angelus et dixit eis. Nolite metuere dico vobis quia ille que; ritis mortuum. iam vivit et vita ho/ minum cum eo surrexit alla. **v.** Crucifixum in carne laudate et se/ pultum propter vos glorificate: resurgentemque a morte adorate. **N**olite metuere **v.** Recordamini quomodo predixit: quia oportet filium hominis crucifigi et tertia die a morte suscitari alleluia.

Nota benedictionem carnis Re/ quire infra in. iij. folio

In vigilia penthe-
costes omnes prophe-
tie legentur sine titulo

Lectio prima.

Quamptauit deus abra-
ham: et dixit ad eum.
Abraam abraam. Et il-
le respondit Assum. **A**it
illi. Tolle filium tuum unigeni-
tum quem diligis ysaac: et vade
in terram visionis: atque offer eum
ibi in holocaustum super unum
montium quem monstrauero ti-
bi. **I**gitur abraham de nocte con-
surgens stravit asinum suum du-
cens secum duos iuvenes et ysaac
filium suum. **C**umque concidisset li-
gna in holocaustum: abiit ad lo-
cum quem preparauit ei deus.
Die autem tercio eleuatis oculis
vidit locum procul: dixitque ad pue-
ros suos. **E**xpectate hic cum asi-
no. ego et puer illic usque properan-
tes: postquam adorauerimus re-
uertemur ad vos. **T**ulit quoque li-
gna holocausti: et imposuit super
ysaac filium suum: ipse vero por-
tabat in manibus suis ignem et
gladium. **C**umque duo pergerent si-
mul: dixit ysaac patri suo. **P**ater
mi. **A**t ille respondit. **Q**uid vis fi-
Fili mi absalō: absalon fili mi. Q̄s
michi tribuat. ut ego moriar p̄ te.
absalon fili mi. fili mi absalon. Rū
ciatū est aut̄ ioab q̄ rex fletet ⁊ lu
geret filiū suū: ⁊ uersa ē uictoria ī
die illa in luctū oī populo. Audiuit
ei p̄ls in die illa dici. Dolet rex su
per filio suo. Et declinauit p̄ls in
die illa ingredi ciuitatē: quō decli
nare solet uersus ⁊ fugiēs de pl̄io
Porro rex operuit caput suum: ⁊
clamauit uoce magna. Fili mi ab
salon: absalon fili mi Quis michi
det ut moriar pro te.

Alla. **4.** Maria cōtristata ī chri
sti passione fuit p̄solata in eius re
surrectione. **Secūdu** **A**lla. Dur
rexit pastor bon⁹. **lxx. Sequēcia**

Uirgini marie laudes concū
nāt iā fideles. **Reuocātes**

ad mentē christi sub cruce flētē
dū eā dilecto discipulo **Q**ōmēda
ret in matrē ipse uadēs ad patrē
nobis in exēplū relinquēs mūdū
Dic nobis maria qd̄ sensisti ī tua
tūc mēte qm̄ uidiisti sic morientem
quē tu genuisti **D**ene defecisses
nisi fide stetitsem q̄ firma me p̄for
tauit nec unquā nec tūc in me uā
cillauit. **S**ic uī magni amoris fuit
uis doloris qd̄ corde p̄pēdat q̄sq̄s
christū amat **I**ohāni cōmēdata
nobis sis aduocata ad tuū filiū iu
dicē nostr⁹. **Euāgeliū.** **S**tabāt
iuxta crucem **4.** **Q**redo dī. **Off.**

Recordare uirgo mater dū ste
teris in cōspectu dei ut loquar⁹ p̄
nobis bona. ⁊ ut auertat indigna
cionē suā a nobis alla **Secreta.**

In mētib⁹ nostris dñe uere fidei
sacramēta confirma: ut q̄ unige
nitū tuū de uirgīe natū. p̄ nobis
crucifixū. deū uer⁹ ⁊ hoīem cōfite
mur: ipsa intercedēte. p̄ eius salu
tifere resurrectionis potenciā ad
eternā mereamur puenire letici
am. **Per eundē.** **Prefatio** **T**e
quidem. **4.** **B**eata uiscera ma
rie uirginis q̄ doluerūt de morte
sui filij alla alla. **Cōplenda.**

Interueniat p̄ nobis q̄s dñe ihe
su christe apud tuā clemenciā nūc
et in hora mortis nostre gloriosa
uirgo maria mater tua cui⁹ sacra
tissimā aiām in hora passiois tue

gladius doloris pertransiit. Qui
vixit. **Oratio.** *Oratio.* **Innoctus.**

Quante dño canticū nouū al
leluia. quia mirabilia fecit
dñs alla añ spectū genciū reue/
lauit iusticiā suā alla alla. **Ps.**

Saluauit sibi dexterā ei? ⁊ brachi
um sanctum eius. **Collecta.**

Deus q̄ fidelium mētes unū ef/
ficis volūtatis. da p̄lis tuis
id amare qd̄ p̄cipis. id desiderare
qd̄ p̄mittis: ut inē mūdanas vari
etates ibi n̄ra fixa sint corda: vbi
vera sunt gaudia. **Per.**

lectio eple beati Jacobi apli. p̄mo

Aharissimī. Omne datū opti
mū. ⁊ oē donū p̄fectū desur/
sū ē descēdens a p̄re luminū: apd̄
quē non ē trāsmutatio. nec vicissi
tudinis obūbratio. Volūtariē em̄
genuit nos verbo veritatis: ut si/
m? iniciū aliqd̄ creature ei?. **Scit?**
frēs mei dilectissimī. Sit at̄ ois hō
velox ad audiēdū: tardus at̄ ad lo
quēdū. ⁊ tard? ad irā. Ira ei viri:
iusticiā dei nō opat. Prop̄ qd̄ abij
ciētes oēm imūdiā ⁊ habūdāciā
malicie: i māsuēdūe suscipite iſi
tū verbū. qd̄ p̄t saluare aīas v̄ras

Alla. **v.** Dñs regnavit exultet
fra letent insule multe **A**lla. **v.**

Surrexit dñs vere ⁊ apparuit pe/
tro. **Secūdum Johānem. xvi.**

Fil. tē. Dixit. ihs dis. f. Vado
ad eū q̄ me misit: et nemo ex

vobis interrogat me quo vadis.
sed quia hec locutus sum vobis: tri
sticia impleuit cor vestr. Sed ego ve
ritatem dico vobis: expedit vobis
ut ego vadā. Si em̄ nō abiero: pa
racytus nō veniet ad vos. Si aut̄
abiero: mittā eū ad vos. Et cū ve
nerit: ille arguet mūdū de pecca
to. et de iusticia. et de iudicio. De
peccato quidē: quia non credūt in
me. De iusticia vero: quia ad pa
trem vado: ⁊ iā non videbitis me
De iudicio at̄: quia princeps mū/
di huius iam iudicatus est. Adhuc
multa habeo vobis dicere: sed nō
potestis portare modo. Cū aut̄ ve
nerit ille spūs veritatis: docebit
vos oēm veritatem. Non em̄ loq̄
tur a semetipso: sed quecumq; au
diēt loquetur: et que v̄tura sunt
annūciabit vobis. Ille me clarifi
cabit: quia de meo accipiet ⁊ anū
ciabit vobis. **Offer.** Iubilare
deo vniuersa terra: iubilate deo
vniuersa terra. psalmū dicite noi
ei? venite ⁊ audite ⁊ narrabo vob
oēs q̄ timetis deū: quāta fecit dñs
aīe mee alleluia. **Secreta.**

Deus q̄ nos p̄ hui? sacrificij ve/
nerāda cōmercia vni? sūmeq; di
uinitatis p̄ticipes esse fecisti: p̄sta
q̄s: ut sicut tuā cognoscim? verita
tē. sic eā dignis morib? alleq̄mur.
Per. Cō. Cū venerit paclytus
spūs veritat: ille arguet mūdū

de peccato ⁊ de iusticia et de iudi-
cio alla alla. **Complenda.**

Adesto nobis dñe de? nosster: ut
p̄ hec q̄ fidelit̄ sup̄sumus. ⁊ purge-
mur a vicis ⁊ a pericul oib? exua-
mur. **P. Om̄ca. v. Introitus.**

Audiat alla nūciate vsq; ad
extremū terre liberauit dñs p̄p̄m
suū alla alla **Ps.** Jubilate deo o-
nis t̄ra psalmū dicite noi ei? date
gloriā laudi eius. **Collecta.**

Deus a quo bona cuncta pre-
dūt largire supplicib? tuis:
ut cogitem? te inspirāte q̄ recta st̄
et te gubernāte eadē faciam?. **P.**

Inc̄ ep̄le beati Jacobi ap̄li. primo.

Charissimi. Estote factores v̄-
bi ⁊ nō auditores tm̄: fallen-
tes vosmetipsos. Quia si q̄s audi-
tor ē verbi ⁊ nō factor: h̄ p̄p̄abitur
viro cōsiderāti vultū natiuitatis
sue in speculo. Cōsiderauit ei se et
abijt: ⁊ statī oblit? ē q̄lis fuerit. Et
aūt p̄sp̄erit i lege p̄fecte liberta-
tis: ⁊ p̄māserit i ea nō auditor ob-
liuiosus fact?. sed factor opis. Hic
beatus in suo facto erit Si q̄s aūt
putat se religiosū eē. nō refrenās
linguā suā. sed seducēs cor suū: hu-
ius vana est religio. Religio mū-
da et imaculata apud deum et pa-
trē hec ē: visitare pupillos ⁊ vidu-
as in tribulacione eoy: ⁊ imacula-
tum se custodire ab hoc seculo.

Alla. v. Om̄ deus magn? dñs
et rex magn? super oēm terram.

Alla. v. Christus resurgens ex
mortuis iā non morit̄ mors illi vl-
tra nō dñabit. **Sc̄m̄ Joh̄. xvi.**

Fil. r. D. i. d. l. Amē amen di-
co vobis: si quid petierit̄ pa-
trem in noie meo dabit vobis. Et
q; modo nō petistis quicq; in noie
meo. Petite et accipietis: ut gau-
diū vestr̄ sit plenū. Hec in p̄verbis
is: locutus sum vobis. Venit ho-
ra: cū iam nō in p̄verbis loquar
vobis. sed palā de patre meo anū-
ciabo vobis. Illo die: in noie meo
petetis. Et nūc dico vobis: q; ego
rogabo patrem de vobis. Ipse ei
pat̄ amat vos. quia vos me ama-
stis: ⁊ credidistis quia a deo exiui.
Exiui a patre: et veni in mundū.
Iteꝝ relinquo mundū. et vado ad
patrem. Dicūt ei discipuli ei?. Et
ce nūc palam loqueris: et prouer-
biū nullū dicis. Nunc scim? q; scis
oia ⁊ nō est op? tibi ut q̄s te inter-
roget. In h̄ credim?: q; a deo existi

Offert. B̄ndicite gētes dñm deū
n̄m ⁊ obedite voci laudis ei? q̄ po-
suit aiām meā ad vitā et nō dedit
p̄mouei pedes meos b̄ndict? dñs
q̄ non amouit de p̄caciōem meā ⁊
misericiōdiā suā a me al. **Sec̄e.**

Suscipe dñe fidelū p̄ces cū obla-
tidnib? hostiar: ut p̄ h̄ pie deuocō-
nis officia ad celestē gl̄iam trāsea-

mus. **P.** **Cō.** Cantate dño alla
cantate dño bñdicite noi ei? bene
nunciate de die in diem salutare
eius alleluia alla. **Cōplenda.**

Tribue nobis quesum? domine
celestis mense virtute faciat. et
desiderare que recta sunt: et desi/
derata percipere. Per dñm.

**Feria tertia cantetur officium do
minicale cū coll. de letania.**

In Rogacionibus Introitus.

Eaudiuit de tēplo sacro suo
vocē meā alla et clamor me
us in conspectu ei? introiuit in au
res eius alla alla. **Ps.** Diligā te
dñe virtus mea dñs firmamentū
meū et refugiū meū et liberator
meus. **Gloria in excelsis nō dr.**

Presta q̄s ops de?: **Collecta.**
ut q̄ i afflictione n̄ra de tua
pietate p̄fidim? contra aduersan
cia oia de tua p̄tectione semp mu
niamur. **P. In eplē b. Ia. ap̄li. v.**

Qharissimī. Cōfitemi alteru/
trū pctā v̄ra: et orate p̄ inui/
cē ut saluemi. Multū ei valet dep̄
cacio iusti assidua. Helpas homo
erat similis nob passibilis: et orōe
orauit ut nō plueret sup terrā: et
nō pluit ānos tres et mēses sex. Et
rursū orauit: et celū dedit pluuiā.
et terra dedit fructū suū. Si quis
aut̄ ex vobis errauerit a veritate
et cōuerterit q̄s eū. scire debet qm̄
q̄ cōuerterit fecerit peccatorē ab erro

re vie sue saluabit aiā ei? a moe
te: et opit multitudinē peccator.

Alia. v. Confitemi dño qm̄ bo
nus qm̄ in seculū misericordia ei?

Secūdum Iucam. xi.

Fil. t. Di. i. di. f. Quis vestr
habebit amicū: et ibit ad illū
media nocte et dicet illi. amice ac/
comoda michi tres panes qm̄ a
micus me? venit de via ad me: et
nō habeo qd̄ ponā ante illū: et ille
deint? rñdēs dicat. noli michi mo
lestus esse iā ostiū meū clausū est:
et pueri mei mecū sunt in cubili:
nō possum surgere et dare tibi Et
ille si pseuerauerit pullās dico vo
bis et si nō dabit illi surgēs eo q̄ a
micus eius sit: p̄p̄ improbitatē tñ
eius surget et dabit illi quotq̄t ha
bet necessarios. Et ego vob̄ dico.
Petite et dabit vob̄is. Querite et i
uenietis. Pullate et aperiet vob̄.
Eis em̄ qui petit accipit: et q̄ q̄rit
inuenit: et pullanti aperiet Quis
aut̄ ex vob̄is parrē petit panē: nū
quid lapidē dabit illi? Aut piscem:
nūquid p̄ pisce serpentē dabit illi
Aut si perierit ouū. nūquid porci
get illi scorpionē? Si ergo vos cū
sitis mali nostris bona data dare
filys v̄ris. n̄tomagis pac̄ vester
de celo dabit spiritū bonū petenti
bus se. **AE.** Cōfitebor dño ni
mis in ore meo et in medio multo
rū laudabo eū q̄ assistit ad dexterā

pauper: ut saluū faceret a psequē
tib? aīam meā alla. **Secreta.**

Nec munera quāms dñe & vincula
nostre prauitatis absoluant & tue
nobis misericordie dona cōciliēt

Per. Co. Petite et accipietis
querite et inuenietis pulsate & a/
perietur vobis omnis em̄ qui petit
accipit et qui h̄rit inuenit et pul/
santi aperiet alla. **Cōplenda.**

Vota nostra quāms dñe pio fauo/
re psequere ut dñi dona tua in tri/
bulacione p̄cipim?. de cōsolacōne
nostra in tuo amore crescā?. **P.**

Ite missa est alla **dicitur.**

In vigilia ascensionis Introitus

Omnes gētes plaudite ma/
nibus iubilate deo i voce ex/
ultacionis alla alla alleluia. **Ps.**

Subiecit populos nobis et gētes
sub pedib? nostris. **Gloria i ex**
cellis **dicitur. Collecta.**

Presta quāms op̄s de?: ut illuc
nostre mentis intencio quo
solēpnitatis vēture gloriosus au/
ctor ingressus ē semp intendat: et
quo fide pergit. cōuersacione pue/
niat. **P. Hic adde collectā de re/
surreccione & de letania.**

Tertio actuū apostolorum. iij.

Est dieb? ill. Multitudis cre/
dētū erat cor unū & aīa vna
nec quisq? eorū q̄ possidebat. aliqd
suū eē dicebat: s; erāt illis oīa cōia
Et virtute magna reddebāt ap̄li

testimoniū resurrectionis ihesu
christi dñi nr̄i: & gracia magna e/
rat in oīb? illis. Nec quisq? egens
erat inter illos. Quotquot at̄ pos/
sessores erant agroꝝ aut domoꝝ
vendētes afferebāt p̄cia eorū q̄ vē/
debāt. & ponebāt ante pedes apo/
stoloꝝ. Diuidebat̄ aut̄ singulis: p
ut cuiq? opus erat. **Alla. v.**

Confitemi dño et inuocate nomē
eius annūciate int̄ gētes opa ei?.

Euāgelii. Subleuatis ihs ocul
ut in vigilia palmarū. iij. **Et lege**

vsq; Pater sancte. Offer. U
ri galilei qd̄ admiramini aspicien/
tes in celū hic ihesus q̄ assumpt? ē
a vobis in celum sic veniet quē ad
modū vidistis eū ascendētem i ce/
lum alleluia. **Secreta.**

Sacrificiū tuū domine qd̄ p filij
tūi supplices venerabili nūc ascen/
sione deferim?: presta quāms: ut et
nos per ipsum h̄ys sacrosanct? cō/
mercij ad celestia cōsurgamus.

Orte. Co. Pater cū essem cum
eis ego seruabā eos q̄s dedisti mi/
chi alla nūc at̄ ad te venio nō rogo
ut tollas eos de mūdo sed ut fues
eos a malo alla alla. **Cōplenda**

Tribue q̄s dñe: ut p̄ hec sancta q̄
sumpsumus illuc cēdat nostre de/
uocionis affectus quo tecū est no/
stra substācia. Ihesus christus fili
us tuus domin? noster. Qui tecū
Ite missa est alleluia. **dicitur.**

In die sancto Introitus.

Dixi galilei quod admiramini aspicientes in celum alla quemadmodum vidistis eum ascendente in celum ita veniet et alla al. al.

Ps. Omnes gentes plaudite manibus iubilante deo in voce exultationis. **Nota** Gloria in ex. et I te missa est **Oratio** cum officio festi dicuntur per ebdomadam.

Quoniam quod opus dei? **Collecta** ut quod hodierna die unigenitum tuum redemptorem nostrum ad celos ascendisse credimus: ipsi quoque meretur in celestibus habitemus. Per eundem.

lectio actuum apostolorum. primo.

Primum quidem sermonem fecit de omnibus o theophile qui cepit ihesus facere et docere usque in die qui precipiens apostolis per spiritum sanctum quos elegit assumptus est. Quibus et prebuit seipsum vivum post passionem suam in multis argumentis per dies quadraginta apparet eis et loquens de regno dei. Et conuersens precepit eis: ab iherosolymis de discederent. sed expectarent promissionem patris: quam audistis inquit per os meum. Quia iohannes quidem baptizauit aqua: vos autem baptizabimini spiritu sancto. nonne per multos hos dies. Agit qui conuenerat: interrogabant eum dicentes Domine si in tempore hoc restitues regnum israel? Dixit autem eis. Non est vestrum nosse tempora vel momenta

ta que pater posuit in sua potestate: sed accipietis virtutem superuenientis spiritus sancti in vos: et eritis michi testes in iherusalem. et in omni iudea et samaria. et usque ad ultimam terre. Et cum hec dixisset. videtur tibus illis eleuatus est: et nubes suscepit eum ab oculis eorum. Cumque intuerentur in celum euntem illum. ecce duo viri asciterunt iuxta illos in vestibus albis. qui et dixerunt. Viri galilei quid statis aspicientes in celum? Hic ihesus qui assumptus est a vobis in celum: sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in celum.

Alla. v. Ascendit deus in iubilacione et dominus in voce tube.

Alla. v. Dominus in synai sancto ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem. **Sequencia.**

Summi triumphum regis profequamur laude Qui celi qui terre regit sceptrum inferni iure domino Qui sese pro nobis redimendis per magnum dedit precium. Nunc nomen extat conueniens predictum

Nam transiuit omnes strenue montes colliculosque bethel.

Saltum de celo dedit in virginali ventre inde in pelagus seculi. Postquam illud suo mitigauit potentia tu tetras flegetontis assiluit tenebras. Principis illius disturbato imperio. Maniplis plurimis inde eructis mundum illustrat suo iu

bare. Captiuitatēq; detentā ini/
bi victor durit secū. **E**t rediuuū
iam suis se prebuit seruis et amī/
cis. Deniq; saltū dederat hodie
marimū nubes polosq; cursu pre
peti trāsuolās. **C**elebret ergo po
pulus hūc diē credulus cui? mor/
bida pdithū corpa in semetipso al
tis sedib? celi inuexit dei filius. **E**t
tremens iudicē expectat affutur
ut duo angeli fratres docuerunt.
Qui ihesus a vobis assumptus
est i celū itez veniet ut vidistis eū.
Iam pdithū nostrz vocib? sedulis
omēs implorem? **U**t a dextri pa
tris q; sedet spiritū mittat nob sac
tum. **I**n finē seculi ipse quoq; sem
per sit nobiscū. **¶ Marcū. xvi.**

Fillo tpe. **S**ecūbentib? vn/
decim discipulis apparuit il
lis ihs. et exprobrauit incredulitatē
illoz. et duriciā cordis: q; hīs q; vi
derāt eū resurrexisse. non credide
rūt. **E**t dixit eis. **E**ūtes in mundū
vniuersum pdicate euāgelii omī
creature. **Q**ui crediderit et bapti
zatus fuerit: saluus erit. **Q**ui ve
ro nō crediderit: dēpnabit. **S**ig
na aut eos q; crediderint hec sequēt
In noīe meo demoīa eijcient: lin
guis loquentur nouis. serpentes
tollēt. **E**t si mortifex quid biberit:
nō eos nocebit. **S**up egros man?
imponēt et bene habebūt. **E**t dñs
quidē ihs postq; locut? est eis. al/

sumpt? ē in celū: et sedet a dextris
dei. **I**lli aut pfecti pdicauerūt ubiq;
dño coopante et sermonē cōfirmā
te. sequentibus signis. **¶ Offert.**

Ascendit deus i iubilacione et do
minus in voce tube alla. **¶ Petri.**

Suscipe q̄s dñe munera q̄ p filij
tui gloriosa ascensione deferim? et
concede p̄cūsus: ut a p̄cūlis p̄nti
bus liberemur: et ad vitā puenia
mus eternā. **¶ P. eūdem Prefacio**

Qui post resurrectionē. **que de**
vltis ad vigiliā penthecostes exclu
sue. Infra actionē. Q dicantes et
diem. **¶ Hordie tñ. Cō.** **¶ Psalli**

te dño qui ascēdit sup celos celoz
ad orientē alla. **¶ Cōplenda.**

Resta nobis q̄m̄s op̄s deus: ut
que visibilib? m̄psterijs sumenda
p̄cepim?: inuisibili p̄sequamur et
secti. **¶ Dñica infra octauā Inj.**

Eaudi dñe vocē meā qua cla
maui ad te alla tibi dixit cor
meū q̄siui vultū tuū vultū tuum
dñe requirā ne auertas faciē tuā
a me alla alla. **¶ Ps.** **Dñs illumina**
cio mea et salus mea quē timebo.

Om̄ipotēs sempiternus. **¶ Collecta.**
terne de? fac nos tibi semp
et deuotā gerere volūtatē: et ma
iestati tue sincero corde seruire. **¶**

Act̄ epl̄e beati Petri ap̄li p̄ma. iij.

Charissimi: Estote prudētes:
et vigilate in orōnib?. **A**n
oīa autē mutuā in vobismetipsis

charitatē cōtinuā hñtes: q̄a chari-
tas operit multitudinē peccatorū.
Hospitales inuicē sine murmu-
ratione. Unusq̄sq; sic accepit gra-
ciā in alterutq; illā administrātes: si-
cut boni dispēsatores multiformis
gracie dei. Si quis loq̄tur: quasi
sermōnes dei. Si q̄s ministrat. tā-
q̄ ex virtute quā administrat de-
us: ut in oībus honorificet deus. Per
ihesum christum dñm nostrū.

Alla. *v.* Te decet hymn⁹ de⁹ in-
spon et tibi reddet votū in iheru-
salē. *v.* Replebimur in bonis do-
mus tue sanctū est templū tuum
mirabile in equitate. **A**lla. *vsq;*
Lauda iherusalē dñm lauda deū
tuū spon. **S. Iohem. xvi.**

Fil. tpe. Di. i. d. s. Cum vene-
rit pactus quē ego mittā
vobis a patre sp̄m veritatis. q̄ a
p̄re p̄cedit: ille testimoniū phibe-
bit de me. Et vos testimoniū phibe-
bitis. quia ab initio mecū estis. Hec lo-
cutus sum vobis ut nō scandalize-
mini. Absq; synagogis faciēt vos
Sed venit hora: ut oīs q̄ interficiēt
vos: arbitret̄ obsequiū se prestare
deo. Et hec faciēt vobis: quia non
nouerūt patrē neq; me. Sed h̄ lo-
cutus sum vobis. ut cum venerit
hora eorū reminiscami: quia ego
dixi vobis. **Offert.** **L**auda aīa
mea dominū laudabo dominū in
vita mea psallā deo meo quādiu

ero alleluia. **Secreta.**

Nec sacrificia nos domine ima-
culata sanctificent: ⁊ mētibus no-
stris superne gracie dent vigorē.
Per dominū. **G.** Pater cum
essem. ut supra in vigilia ascēso-
nis. lxviiij. **Complenda.**

Repleti domine muneribus sa-
ctis: da quesum⁹ ut in graciay ac-
tione semper maneam⁹. Per.

In vigilia Penthecostes Collecta

Presta quesum⁹ omnipotēs de-
us: ut claritas tue sup nos
splendor effulgeat et lux tue lucis
corda eorū qui per graciā tuam re-
nati sunt. sanctispiritus illustra-
tione confirmet. Per. eiusdem.

Secreta.

Munera quesumus domine ob-
lata sanctifica: et corda nostra san-
ctispiritus illustratione emunda
Per. eiusdem.

Complenda.

Sanctispiritus domine corda no-
stra mundet infusio: ⁊ sui rois in-
tima aspersione fecundet. Per do-
minū nostrū ihesum. eiusdem.

R. v.

Integry Offitiū et bñd. s. c. r. a. pasce-

In die Penthecostes Introitus.



Spiritus domi-
ni repleuit orbē
terrarū alla et h
quō cōtinet omīa
sciam habet vo-
cis alla alla al.

Ps. Cōfirma h de? quō operat? es
in nobis a tēplo scō tuo quod ē in
iherusalē. **G**loria in excelsis et
Qredo dicitur p ebdomadam.

Deus q̄ hodierna (Collecta.
die corda fidelīū sanctī spūs
illustratione docuisti da nob in eo
dē spū recta sape: et de ei? sp̄ cōsola-
tione gaudere. **P.** eiusdem.

Lectio actuū apostolorum. h.

F dieb? illis. Dū pplerētur
dies penthecostes: erāt oēs
discipuli parit̄ in eodē loco. Et fa-
ctus ē repēte de celo son? : tāq̄ ad-
ueniētis spūs vehemētis et reple-
uit totā domū. ubi erāt sedētes. Et
apparuerūt illis disparte lingue tā-
q̄ ignis: seditq̄ supra singulos eo-
rū. Et repleti sūt oēs spūs sancto: et
ceperūt loq̄ varijs linguis: put spī-
ritu sanct? dabat eloqui ill. Erāt
aut̄ in iherim habitātes iudei viri
religiosi. ex omī natione q̄ sub ce-
lo ē. Facta āt hac voce puenit mul-
tudo: et mente cōfusa est. qm̄ au-
diebat unusq̄sq̄ lingua sua illos
loquētes. Stupebant aut̄ oēs: et
mirabātur dicentes. Nonne ecce

oēs isti qui loquuntur galilei sunt?
Et quō nos audiuim? unusquisq̄
linguā nostrā in qua nati sum? :
Parthi et medi et elamite: et qui
habitant mesopotamiā. iudeam
et capadociam. pontiū et aspa-
myrgiam et pampiliā. egyptū
et partes lybie que est circa cyre-
nen: et aduene romani. Iudei q̄q̄
et proseliti: cretes et arabes. Audi-
uimus eos loquētes: nostris lin-
guis magnalia dei.

Alla. v. Emitte spm̄ tuū et crea-
bitur et renouabis faciē terre.

Alla. v. Veni sancte spūs reple
tuorū corda fidelīū et tui amoris in
eis ignē accende.

Sequencia.

Sancti spiritus affit nob gra-
cia Que corda nostra sibi fa-
ciat habitaculū. **A**rpulsis inde-
cūctis vicijs spiritalib?. **S**pirit?
alme illustrato: hominū **H**orri-
das nostre mēt? purga tenebras.
Amato: sancte sensato: semp co-
gitatuū. **I**nfunde unctionē tuā
clemēs nostris sensib?. **T**u puri-
ficato: omniū flagicioz spiritus.
Purifica nostri oculus interio-
ris hoīs. **U**t videri suprem? geni-
to: possit a nobis. **M**undi cordis
quē soli cernere possūt oculi **P**ro-
phetas tu ispirasti ut p̄conia chri-
sti p̄cinuissent inclita **A**postolos
confortasti uti tropheū chri?ti p̄ to

cum mūdū ueherent. Qñ machi
nā p verbū suū fecit de? celi terre
marīū. **T**u sup aquas fotur? e/
as numē tuū expādīstī spūs. Tu
aiabus uiuificādis aquas fecun/
das **T**u aspirādo das spiritalēs
esse hoies. Tu diuisum p linguas
mūdum et ritus adunastī domie.

Idolatrās ad cultū dei reuocas
magīstroz optime **E**rgo nos sup
plicantēs tibi exaudi propici? san
cte spirit? **S**ine quo preces oēs
casse credūtur et indignē dei auri
bus. Tu qui omniū seculoz sanc
tos **T**ui numinis docuīstī instic
tu amplectendo spiritus **I**pse ho
die apostolos christi **D**onās mu
nere insolito et cūctis inaudito se
culis. **N**unc diē gloriosū fecīstī.

F **R. i. t. d. i. d. l. *Johe. xiiij***
Si q̄s diligit me. sermonem
meū seruabit. Et pat me? diliget
eū. et ad eū ueniet? et mansionem
apud eū faciet?. Qui non diligit
me: sermones meos nō seruat **E**t
sermonē quē audīstis nō est me?:
sed ei? q̄ misit me p̄ris. **H**ec locut?
sū uobis apud uos manēs. Para
clytus at spū sanct? quē mittet pa
ter in noie meo. ille uos docebit o/
nia: et suggeret uobis oia q̄cumq;
dixerō uobis **P**acē relinquo uo
bis. pacē meā do uobis. Non quō
mūdus dat: ego do uobis. Nō tur
betur cor: uestz neq; formidet. **N**u

distis quia ego dixi uobis: uado et
uenio ad uos. **S**i diligeretis me.
gauderetis utiq; quia uado ad pa
trē: quia pater maior me ē **E**t nūc
dixi uobis priusq; fiat: ut cū factū
fuerit credatis. **J**am nō multa lo
quar uobiscū. **V**enit em̄ princeps
mūdi hui?: et in me nō habet quic
q;. **S**ed ut cognoscat mūdus quia
ego diligo patrē: et sicut mandatū
dedit michi pater: sic facio. **Et.**

Confirma hoc de? qd̄ opatus es
in nobis a tēplo tuo qd̄ est in ihe/
rusalē tibi offerēt reges munera
alleluia. **Ferretia.**

Munera qm̄s dñe oblata sancti/
fica. et corda n̄ra facti spūs illustra
cione emūda. **P.** eiusdē **Prefacio**

Qui ascēdens sup oēs. **usq; i oc/
tauā** **C**ōicantes. **et** **N**ancigie.
durāt in feriā sextā post p̄thero.

Cō. **F**actus ē repēte de celo so
nus adueniētis spūs uehemētis
ubi erāt sedētes alla. et repleti sūt
oēs spūs sancto loquentes magna
lia dei alla alla. **Cōplenda.**

Sancti spūs dñe corda n̄ra mun
det infusio: et sui rois intima aspi
sione fecūdet. **P.** eiusdem.

Feria secunda Introitus.

Osbauit eos ex adipe frumē
ti alleluia. et de petra melle
saturauit eos alleluia alla alla.

Ps. **E**xultate deo adiutori nostro
tubilate deo iacob. **Collecta.**

Deus qui apostolis tuis sanctū dedisti spiritum. cōcede plebi tue pie peticiōis effectū ut quibus dedisti fidem largiaris et pacem. *Per. eiusdem.*

Lectio actuum apostolorum .x.

Fratres illis. *Apertens* petrus os suū: dixit. Viri frēs et patres: nobis p̄cepit dñs p̄dicare populo et testificari: quia ipse ē qui cōstitutus est a deo iudex uiuorū et mortuorū. Huic oēs p̄phete testiōniū p̄hibent remissionē peccatorū accipe per nomē eius omēs qui credunt in eū. Adhuc loquente petro verba hec cecidit spūs sanctus super oēs qui audiebāt verbū: et obstupuerūt ex circūcisione fideles qui venerant cū petro. quia et in nationes grā spūs sancti effusa ē. Audiebāt em̄ illos loquētes linguis. et magnificātes deū. Tunc r̄ndit petrus. *Prū* quid aqua? Quis p̄hibere potest ut nō baptizentur hī qui spūs sanctū acceperūt sicut et nos? Et iussit eos baptizari in nomine dñi nr̄i ihesu christi. **Alla. v.**

Loq̄batur varijs linguis apostoli magnalia dei. **Alla. v.** Veni sancte spūs reple tuorū corda fidelium et tui amoris in eis ignē accēde

Veni sancte spūs **Sequētia** et emitte celis lucis tue radiū. Veni pater pauperū veni dator munerū veni lumē cordiū **Q̄**

solator: optime dulcis hospes anime dulce refrigeriū. In labore requies in estu temperies in fletu solaciū **O** lux beatissima reple cordis intima tuorū fidelium. Sine tuo numine nichil est in lumine nichil ē innoxium **L**ava quod est sordidum riga quod est aridū sana quod est sauciū. Electe quod est rigidū foue quod ē frigidū rege quod est deuium **D**a tuis fidelibus in te cōfidētibus sacre septenariū. Da virtutis meritū da salutis exitū da perhenne gaudiū. **St. Iohem. iij.**

Fratres. *Di. ihe. dil. f.* Sic deus dilexit mundū ut filiū suū unigenitū daret. ut oīs qui credit in eum. nō pereat: sed habeat vitam eternā. Non em̄ misit deus filiū suū in mundū ut iudicet mundū: sed ut saluet mundus per ipsum. Qui credit in eū: nō iudicatur. Qui autē nō credit iā iudicatur est: quia non credit in nomine unigeniti filij dei. Hoc est autē iudiciū: quia lux venit in mundū et dilexerūt homines magis tenebras quā lucē. Erāt ei eorū mala opa. Quis em̄ qui male agit odit lucē: et nō uenit ad lucē. ut nō arguatur opa eius. Qui autē facit veritatē uenit ad lucē: ut manifestentur opa eius. quia in deo sunt facta. **Offert.** Emitte spiritū tuū et creabūtur et renouabū faciem terre sit gloria domini in secula alleluia. **Secreta.**

Dropicius q̄s dñe hec dona sanctifica. ⁊ hostie spūalis oblatione suscepta nosmetipsos tibi perficimus? eternū. Per. **Gō.** Spiritus sanctus docebit vos alla que / cūq; dixerō vob alla alla. **Cōplē.**

Adesto q̄ms dñe p̄lo tuo et quē mysterijs celestib? imbuisti ab hostium furore defende. Per.

Accipite **Feria. iij. Introit?.** **A**iorūditatē glorie vestre alla grās agētes deo alla q̄ vos ad celestia regna vocauit al. al. al. **Ps.** Attēdite p̄le me? legē meā iclinate aurē vestrā in verba oris mei.

Astet nobis q̄s dñe **Collecta.** Virtus spūsancti. que ⁊ corda n̄ra clemēter expurget. ⁊ ab oibus tueatur aduersis. P. eiusdē.

Lectio actū apostolorum. viij.

F diebus illis. Cū audissent apostoli qui erāt iherosolymis quia recepit samaria verbū dei. miserūt ad eos petz et iohem Qui cū venissent: orauerūt pro ipsis. vt accipere spūsanctū. **Ps.** dum em̄ in quemq; illoz venerat sed baptizati tm̄ erant in noie dñi ihesu. Tunc iponebant man? sup illos: ⁊ accipiebāt spūsanctū.

Alleluia. **vs.** Verbo dñi celi firmati sunt et spū oris eius ois virtus eoz. **A**lleluia. **v.** Veni sancte spūs reple tuoz corda fidelū et tui amoris in eis ignē accende.

Secūdum Johānem. x.

Fil. t. d. i. d. s. Amē amē dico vob: q̄ nō intrat p ostiū in ouile ouū. sed ascēdit aliūde: ille fur est et latro. Qui aut̄ intrat p ostiū pastor ē ouū. Huic ostiari? apit ⁊ oues vocē eius audiūt. Et p̄rias oues vocat noiatim: et educit eas Et cū p̄rias oues emiseric. ante eas vadit ⁊ oues illū sequūtur. q̄ sciūt vocem eius. Alienū aut̄ non sequūtur. sed fugiūt ab eo: quia nō nouerūt vocem alienoz. Hoc pro uerbiū dixit eis ihesus Illi aut̄ non p̄gnouerūt: q̄d loqueret̄ eis Dixit ergo eis itez ihesus. Amē amē dico vobis: quia ego sum ostiū ouū Quēs quot q̄t venerūt fures sūt et latrones: sed nō audierūt eos oues Ego sum ostiū. Per me si q̄s itroierit: saluabit Et ingrediet ⁊ egredietur. et paschua inueniet. Fur nō venit nisi vt furet. ⁊ mactet et p̄dat. Ego veni vt vitā habeāt: et habūdancius habeāt. **Offert.**

Confirma h̄ de? q̄d opat? es in nobis a tēplo tuo q̄d est in iherusalē tibi offerēt reges munera alla.

Purificet nos q̄s dñe **Secreta** muneris p̄ncis oblatio: ⁊ dignos nos sacra p̄cipacione pficiat. P.

Gō. Spūs q̄ a patre p̄cedit alla ille me clarificabit alla alleluia.

Mentes nostras **Cōplenda.** q̄ms dñe spiritus sanctus diuinis

reparet sacramentis: q̄ ipse ē re /
missio oīm pctōz. P̄ dñm. eiusdē.

Feria. iij. q̄tuor tpm Introitus.

Deus dū egredereris coram
populo tuo alla. iter faciēs
eis alla habitās in illis alla alla.

P̄. Erurgat deus ⁊ dissipentur
inimici eius. ⁊ fugiāt q̄ oderūt eū
a facie eius. *Gloria in excelsis*

finito d̄ t̄m O rem? sine Dñs
vo. nec d̄: H lecta. ge. Collecta

Mentes nostras q̄m̄s dñe pa-
clpt? q̄ a te p̄cedit illuminet:
et inducat in oēm sicut tuus p̄mī
sit filius veritatē. Qui te. eiusdē.

lectio libri Sapientie. primo.

Fratres dieb? illis. Dixit salomon
filij israel. Diligite iusticiā: q̄
iudicatis terrā. Sentite dño i bo /
nitate: ⁊ in simplicitate cordis q̄ri
te illū. Qm̄ inuenit ab hīs q̄ non
temptāt illū: apparet at̄ eis q̄ fidē
habēt in illū. Peruerse em̄ cogita
ciones sepant a deo: pbata at̄ vir
tus corripit insipiētes. qm̄ in ma /
liuolā aiam nō introibit sapiēcia
nec habitabit i corpe subdito pec /
catis. Sāctus ei spūs discipline ef
fugit fictū: ⁊ auferet se a cogitacō
nib? q̄ sūt sine intellectu. ⁊ corripī
etur a supueniēte iniqtate. Beni
gnus ē em̄ spūs sapiēcie: ⁊ nō libe
rabit maledictū a labijs suis. Qm̄
renū illi? testis ē deus: ⁊ cordis illi
us scrutator: ē ver? ⁊ ligue illi? au

ditor: qm̄ spūs domī repleuit orbē
terraz: ⁊ hoc qd̄ cōtinet oia scienci
am habet vocis. *Alia. v. Para*
clptus spūs sanct? quē mittet pacē
in noīe meo ille vos docebit oēm
veritatē. *Alia. non repetatur.*

Dñs vo. sine Flectam? genua.

Presta q̄s ops ⁊ miseri *Coll.*
cors de?: ut spūs sanct? adus
niēs. tēplū nos glē sue dignatē in
habitādo p̄ficiat. Per. eiusdem.

F. A dieb? ill. Itō act ap lo. ij.

Fratres petre? cū undeci. eleua
uit vocē suā: ⁊ locut? ē eis. Viri iu
dei ⁊ q̄ habitat? ihelm vniuersi: h
vobis notū sit. ⁊ aurib? p̄cipite v /
ba mea. Nō ei sicut vos estiatis hij
ebri? sūt cū sit hora diei t̄cia: sed h̄ ē
qd̄ dcm̄ est p̄ p̄phetā iohel. Et erit i
nouissimis dieb? d̄t dñs: effundā
de spiritu meo sup oēm carnē. ⁊ p̄
phetabūt filij v̄ri ⁊ filie v̄re. Iuue
nes vestri visiones videbūt: et se /
niores vestri sompnia sompnia /
būt. Et qd̄ ē sup seruos meos et su
per acillas meas in dieb? ill' effun
dā de spiritu meo: ⁊ p̄phetabūt. Et
dabo p̄digia i celo sursum: ⁊ signa i
terra deorsū. sanguinē ⁊ ignem ⁊
vaporē fumī. Sol p̄uertet in tene
bras ⁊ luna in sanguinē: at̄eq̄ ve
niat dies dñi magn? et manifest?
Et erit: oīs quicūq̄ inuocauerit no
men domini: saluus erit.

Alia. v. Veni sancte spiritus re

ple tuor corda fidelium et tui amoris in eis ignem accende.

Secundum Iohannem. vi.

Fil. t. Di. ihe. dis. s. Nemo potest venire ad me nisi pater qui misit me traxerit eum: et ego resuscitabo eum in nouissimo die. Est scriptum in prophetis. Et erunt omnes docibiles dei. Omnes qui audiuit a patre meo et didicit: venit ad me. Non quia patrem vidit quisquam: nisi is qui est a deo et videt patrem. Amen amen dico vobis: qui credit in me habet vitam eternam. Ego sum panis vite. Patres vestri manducauerunt manna in deserto et mortui sunt. Hic est panis de celo descendens: ut si quis ex ipso manducauerit non moriatur. Ego sum panis viuus qui de celo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane: viuet in eternum. Et panis quem ego dabo: caro mea est pro mundi vita.

Offertorium. Emitte spiritum tuum et creabuntur et renouabis faciem terre sicut gloria domini in secula alleluia.

Accipe quoniam domine munus oblatum et dignanter operare: ut quod mysterium agimus pijs affectibus celebremus. *Per. G.* Pacem meam do vobis alla. pacem relinquo vobis alla alla. *Complenda.*

Sumetes domine celestia sacramenta: quesumus clementiam tuam: ut quod temporaliter gerimus eternis gaudijs consequamur. *Per dominum.*

Peria. v. Introitus. Spiritus domini congregatus est in die sancto. *Collecta.*

Omnis que ecclesie tue misericors deus: ut spiritus sancto congregata hostili nullatenus incurssione turbet. *Ps. lxxviii. v. iij.*

Fil. t. dieb. illis. Philippus descendens in ciuitatem samarie predicabat illis christum. Intendebant autem turbe hominum que a philippo dicebantur. unanimitate audientes et videntes signa que faciebat. Multi enim eorum qui habebant spiritus imundos: clamantes voce magna exibat. Multi autem palptici et claudi curati sunt. Factum est ergo gaudium magnum: in illa ciuitate. *Secundum Iohannem. iij.*

Fil. t. Conuocatis ihesu duodecim apostolis suis dedit illis virtutem et potestatem super omnia demonia: et ut languores curarent. Et misit illos predicare regnum dei: et sanare infirmos. Et ait ad illos. Nichil tuleritis in via. neque virgam. neque peram. neque panem. neque pecuniam. neque duas tunicas habeatis. Et in quamcumque domum intraueritis. ibi manete. et inde ne exeatis. Et quicumque non receperint vos: exeuntes de ciuitate illa: etiam puluerem pedum vestrorum excutite in testimonium super illos. Egressi autem circuibant per castella: euangelizantes et curantes ubique. *Secreta.*

Virtute sancti spiritus domine munera nostra continge: ut quod sollempnitate presentis

tuo nomini dedicauit: et intelligi
bile nobis fiat et eternū. **P.**

Sacramētis dñe **Cōplenda.**
celestib? operante spūs sancto vicia
nostra purgētur: ut mūerib? tuis
possim? semp aptari. **Per dñm.**

R **Feria sexta Introitus.**
Epleatur os meū laude tua

alla. ut possim cātare alla gaude/
bunt labia mea dū cātauero tibi
alla alla. **Ps.** In te dñe spāu nō
cōfundar in eternū: in iusticia tua
libera me et eripe me. **Collecta.**

Annue misericors de? . ut q̄ di
uina p̄cepta violando a pa/
radysi felicitate decidim? ad eter/
ne beatitudinis redeam? accessū.
per tuoz custodiā mādator. **Per.**

lectio actūū apostolor. ij.

F **A** dieb? illis. **A**periens petr?
os suū dixit. Viri israhelite:
audite verba hec. **I**hesum nazare
nū vix approbatū a deo in vob vir
tutib? pdigñis et signis. q̄ fecit p̄ il
lū de? in medio vestri. sicut vos sci
tis. **H**ūc definito p̄silio et p̄sciencia
dei. traditū p̄ man? iniquoz: affi
gētes interemistis. **Q**uē de? susci
rauit solutis dolorib? inferni: iux
ta qd̄ ipossibile erat teneri illū ab
eo. **D**avid em̄ dicit in eū. **P**rouidebā
dñm in p̄spectu meo sp̄: qm̄ a dex
tris ē michi ne cōmouear. **P**rop̄
hoc dilatātū ē cor meum: et exulta
bit lingua mea. in sup et caro mea

requiescet in spe. **Q**m̄ nō derelin
ques aiā meā in inferno: neq; da
bis sanctū tuū videre corruptio/
nem. **P**otas michi fecisti vias vite
repleb me iocūditate cū facie tua.

Alla. **vs.** Spūs dñi repleuit or
bē terraz: et hoc qd̄ cōtinet oia sciē
ciā habet vocis. **A**lla. **v.** Veni
sancte spūs reple tuoz corda fide/
liū. et tui amoris i eis ignē accēde.

Pillo tpe. **S** **Lucam. v.**

F **A**ctū est in vna diez et ihs se
debat docēs. **E**t erāt pharisei sedē
tes et legis doctores q̄ venerant ex
omni castello galilee. et iudee. et ihe/
rusalē. et virtus dñi erat ad sanā/
dū eos. **E**t ecce viri portātes homi
nē in lecto. q̄ erat palptic? : et que/
rebāt eū inferre. et ponere añ illū.
Et nō inueniētes qua pte illū in/
ferrēt pte turba ascenderūt supra
tectū et p tegulas submiserūt illū
cū lecto in mediū. ante ihesū. **Q**uo
rū fidē ut vidit: dixit **H**omo remit
tūtur tibi peccata tua. **E**t ceperūt
cogitare scribe et pharisei: dicen/
tes. **Q**uis est hic q̄ loquit blasphemias?
Quis pōt dimittere pecca/
ta nisi solus de? : **U**t cognouit autē
ihesus cogitationes eoz: respon/
dens dixit ad illos. **Q**uid cogitat
in cordib? vestris? **Q**uid ē facilius
dicere. dimittunt tibi peccata. an
dicere surge et ambula? **U**t sciat at
q; filius hoīs habet potestātē i ter

ra dimittere peccata ait paralytico. Tibi dico surge: tolle lectum tuum et vade in domum tuam. Et confestim surgens coram illis tulit lectum in quo iacebat: et abiit in domum suam magnificans deum. Et stupor apprehendit omnes et magnificabant deum. Et repleti sunt timore dicentes: quia vidimus mirabilia hodie. **Offer.**

Emitte spiritum tuum et creabuntur et renouabis faciem terre sit gloria domini in secula alla. **Secreta.**

Sacrificia domine tuis oblata conspectibus ignis ille diuinus assumat: qui discipulorum christi tui. per spiritum sanctum corda succendit. Per eundem eiusdem.

Co. Spiritus ubi vult spirat et vocem eius audis alla. et nescis unde veniat aut quo vadat alla alla alla.

Simplis domine sal. **Coplanda.** cuncta dona misterii humiliter deprecantes. ut qui in tua commemoratione nos facere precepisti: in nostre proficiant infirmitatis auxilium. Qui vivis.

Sabbato. liij. xpm Introitus.

Quoniam caritas dei diffusa est in cordibus vestris alla per inhabitantem spiritum eius in vobis alla alla.

Ps. Domine deus salutis mee in die clamaui et nocte coram te. **G**loria in excelsis **dicit. No de. E**lectam ge.

propter festum. nec Dñs vo. **sed O**remus. **Collecta**

Mentibus nostris quoniam domine spiritum sanctum benignum infunde. cuius

sapientia edocui sumus. et prudentia gubernamur. Per. eiusdem.

lectio Iohannis prophete. ij.

Decit dominus deus. Effundam spiritum meum super omnem carnem: et prophetabunt filii vestri et filie vestre senes vestri sompnia sompniant et iuvenes vestri visiones videbunt. Sed et super seruos meos et ancillas meas in diebus illis: effundam de spiritu meo et prophetabunt. Et dabo prodigia in celo sursum. et signa in terra deorsum. sanguinem et ignem et vaporem fumi. Sol conuertetur in tenebras. et luna in sanguinem: antequam veniat dies domini magnus et horribilis. Et erit omnis qui cumque inuocauerit nomen domini: saluus erit.

Alia. v. Emitte spiritum tuum et creabuntur et renouabis faciem terre.

Ello nos igne quoniam **Collecta.**

domine spiritus sanctus inflamet. quem dominus noster ihesus christus misit in terram. et voluit vehementer accendi. Et tecum in unitate eiusdem.

lectio libri leuitici. xxij.

Erad diebus illis. Locutus est dominus ad moysen dicens. Loquere filiis israel: et dices ad eos. Cum ingressi fueritis terram quam ego dabo vobis. et messueritis segetem: feretis manipulos spicarum: primitias messis vestre ad sacerdotem. Qui eleuabit fasciculum coram domino. ut acceptabilis sit pro vobis altera die sabbati. et

sanctificabit illū. Numerabit' ergo ab ipso die i quo obrulistis manipulos primiciaz septē hebdomadas plenas usq; ad alterum diē explecionis hebdomade septime. et sic offeretis sacrificiū nouū dño ex omnibus habitaculis vestris: panes primiciaz duos. de duab' decimis simile: q̄s eleuabit sacerdos corā dño. et vocabitis hunc diē celeberrimū atq; sanctissimū. Omne opus seruile nō facietis in eo. legitimū sempiternū erit: in cūctis habitaculis et generationib' vestris. Dicit dñs omnipotens.

Alla. **v.** Verbo domi celi firmati sunt: et spiritu oris ei' ois uiri' eoz. **O**remus. **Collecta.**

Deus qui ad aiaz medelā ieiunij deuocōe castigari corpora p̄cepisti. cōcede nobis p̄cipi': et mēte et corpe semp tibi eē deuotos. **P.** **Incō libi Deuterono. xxvi.**

In dieb' illis. Dixit moyses filiis israhel. Audi israhel que ego p̄cipio tibi hodie. Cū intraueris terrā quā dñs deus tu' tibi daturus ē possidendā et obtinueris eā atq; habitaueris in illa. tolles de cūctis frugib' tuis primicias: et pones in cartallo. pgesq; ad locū quē dñs de' tuus elegerit ut ibi iuocetur nomen eius. accedesq; ad sacerdotē qui fuerit in dieb' illis: et dices ad eū. Profiteor hodie corā

dño deo tuo q̄ exaudiuit nos. et repperit hūilitatē nostrā et laborē atq; angustia: et eduxit nos de egypto in manu forti et brachio extēto i ingenti pauore in signis atq; potentis. et introduxit ad locū istū. et tradidit nobis terrā: lacte et melle manantē. Et idcirco nūc offero primicias frugū terre quā dñs deus dedit michi. Et dimittes eas in cōspectu dñi dei tui. Et adorato dño deo tuo epulaberis in oib' bonis tuis: q̄ dñs de' tuus dederit tibi.

Alla. **vs.** Paraclet' spū sanct' quē mittet pat' in nomie meo ille uos docebit oēm ueritatē. **Coll.**

Presta q̄m̄s ōps deus. ut salutaribus ieiunij' eruditi. ab omnibus etiā uicij' abstinētes p̄cipiacionē tuā facilius ipetrem'.

P. **lectio libri leuitici. xxvi.**

In diebus illis. Dixit dñs ad moysen. loquere filiis israhel. Si in p̄ceptis meis ābulaueritis et mandata mea custodieritis et feceritis ea: dabo uobis pluuiā tēporib' suis. et terra gignet fructū suum. et pomis arbores replebūtur. Apprehendit messiū triturā uindemiā: et uindemiā occupabit sementē. Et comedetis panem uestrum in saturitate: et absq; pauore habitabitis in terra uestra. Dabo pacem in finibus uestris: dormietis et non erit qui

exterreat. Miferā malas bestias :
et gladius nō trālibit termios ve
stros. Persequemī iūmicos vros :
et corruēt corā vobis Persequenē
q̄nq; de vestris centū alienos ⁊ cē
tū ex vobis decē milia. Cadēt iūmī
ci vestri i conspectu vro gladio : re
spiciā vos et crescere faciā. multi
plicabimī et firmabo pactū meū
vobiscū. Et comedetis vetustissi
ma veter: ⁊ vetera nouis supue
niētib; p̄ficietis. Donā taberna
culū meū in medio vri. ⁊ nō abiici
et vos ultra aīa mea. Et ābulabo
inter vos et ero vester de? : vosq;
eritis p̄ls meus. Dicit dñs ops.

Alla. v. Veni sancte spiritus re
ple tuor; corda fidelīū: et tui amo
ris in eis ignem accēde **Collecta.**

Presta q̄s ops deus sic nos ab
repulis carnalib; abstinere:
ut a vicijs irruentibus paritē teiu
nemus. **P. Icō danielis p̄he.**

Angelus dñi descendit. **Et ante
Gloria in ex. p̄o dicitur hymnus
sed** **A**lla. v. Benedict; es dñe de
us patz nostroz ⁊ laudabilis in se
cula. **Hic dicit. Dñs vobiscum**

Deus q̄ trib; **O**rem? **Coll.**
pueris mitigasti flāmas ig
nium concede p̄picius : ut nos fa
mulos tuos non exurat flamma
vicioz. Per dñm nostrum.

Fdieb; **Icō act. ap̄toz. xij.**
illis Conuenit vniuersa ciui

tas audire verbū domini. **V**iden
tes autē iudei turbas : repleti sunt
zelo : et contradicebāt hīs q̄ a pau
lo dicebātur. blasphemātes. **T**ūc
cōstanter paulus et barnabas di
xerūt. **V**obis oportebat p̄mū loq;
verbum dei : sed qm̄ repulistis il
lud et indignos vos iudicastis et
ne vite. ecce cōuertimur ad gētes.
Sic em̄ precepit nobis dominus.
Posui te in lucem gētibus : ut sis
in salutē vsq; ad extremū t̄re. **Au**
dientes autē gentes gauise sunt et
glorificabāt verbū domini. et cre
diderūt quotquot erāt preordina
ti ad vitam eternā. **D**isseminaba
tur autē verbū domini p̄ vniuer
sam regionē. **J**udei autē concita
uerunt religiosas mulieres ⁊ ho
nestas et p̄imos ciuitatis. et exci
tauerūt persecucionē in paulum
et barnabā : et eiecerūt eos de fini
bus suis. **A**t illi excusso puluere pe
dum in eos venerūt p̄coniū **D**isci
puli quoq; replebātur gaudio : et
spiritu sancto.

Alla. v. Laudate dñm om̄es gē
tes et collaudate eū om̄es populi.

Alla repetat. **Sequēcia. Veni
sancte. lxxvi. Euangeliū. S**ur
gens ihesus de synagoga : introi
uit. **Et. xxxvij. Offer.**

Confirma hoc deus qd̄ operat;
es in nobis a templo tuo qd̄ est in
iherusalem tibi offerēt reges mu

nera alleluia. **Secreta:**

Quæ accepta tibi sint dñe nra ieiunia: presta nobis q̄s huius munere sacramenti purificati tibi peccati offerre. **P.** **Cō.** Non vos relinqua orphanos venia ad vos itez alla. et gaudebit cor vestry al. alla.

Prebeant nobis dñe **Cōplenda.** diuinu tua sancta feruore: quo eoru parit et actu delectemur et fructu. **P.** **I**te missa est alleluia.

In octaua penthecostes Introit.

Spiritus dñi reple. **.lxv. Collecta.** Deus q̄ hodierna die. **ut in die sancto. Tectio libri Apocalypsis beati Iohannis apostoli. iij.**

Fratres diebus illis. Vidi ostium apertu in celo. et vox prima qua audiui tanq̄ tube loquens mecu dicens. Ascende huc. et ostenda tibi q̄ oportet fieri cito post hec. Statimq̄ fui in spiritu. Et ecce sedes posita erat in celo et supra sede sedens. Et q̄ sedebat similis erat aspectui lapidis iaspidis et sardinis. Et iris erat in circuitu sedis similis visioni smaragdine. Et in circuitu sedis sedilia viginti quatuor. et supra thronos viginti quatuor seniores sedentes circumamicti vestimentis albis: et in capitibus eorum corone auree. Et de throno procedebat fulgura: et voces et tonitrua: et septem lampades ardentes ante thronu qui sunt septem spiritus dei. Et in aspectu

sedis tanq̄ mare vitreu simile cristallo. Et in medio sedis et in circuitu sedis: quatuor animalia plena oculis ante et retro. Et animal primum: simile leoni. Et secundum animal: simile vitulo. Et tertium animal habens faciem quasi hominis. Et quartum animal simile aquile volanti. Et quatuor animalia singula eorum habebat alas senas: et in circuitu et intus: plena sunt oculis. Et requie non habebat die ac nocte dicencia. Sanctus. sanctus. sanctus dominus deus omnipotens. qui erat et qui est: et qui venturus est. Et cum darent illa animalia gloria et honorem et benedictione sedenti super thronu viventi in secula seculorum: prodebat viginti quatuor seniores ante sedente in throno: et adorabant vivente in secula seculorum Amen. **Secundum Iohannem. iij.**

Fratres illo tpe Erat homo ex pharisais nycodemus nomine: princeps iudeorum. Hic venit ad ihesum nocte: et dixit ei. Rabbi scimus quia a deo venisti magister. Nemo enim potest hec signa facere que tu facis: nisi fuerit deus cum eo. Respondit ihesus: et dixit ei. Amen amen dico tibi: nisi quis natus fuerit denuo non potest videre regnu dei. Dicit ad eu nycodemus. Quomodo potest homo nasci cum sit senex? Num quid potest in ventrem matris

sue itez introire et nasci? Respon-
dit ih̄s. Amen amen dico tibi: nisi
quis renat? fuerit ex aqua ⁊ sp̄i-
ritu: nō potest introire in regnū dei
Quod natū est ex carne caro est: ⁊
qd natū est ex spiritu: spiritus est.
Non mirer? quia dixi tibi: oportet
vos nasci denuo. Spirit? ubi vult
spirat: ⁊ vocē eius audis: sed non
scis unde veiat aut quo vadat. Sic
est ois qui natus ē ex spiritu. Res-
pondit n̄pcodem? et dixit ei. Quō
possunt hec fieri? Respōdit ih̄s et
dixit ei. Tu es magister in israhel.
et hec ignoras? Amē amen dico tibi:
q̄ qd scimus loq̄mur. ⁊ qd vidi-
mus testamur. ⁊ testioniū nostrū
nō accipitis. Si terrena dixi vobis ⁊
nō creditis. quō si dixerō vobis ce-
lestia credetis? Et nemo ascendit ī
celū nisi q̄ descēdit de celo: fili? ho-
minis q̄ est in celo. Et sic? moyses
exaltauit serpētem in deserto: ita
exaltari oportet filiū hoīs: ut ois
qui credit in ipsum nō pereat: sed
habeat vitā eternam.

De sancta Trinitate Introitus.

Benedicta sit facta tri-
nitas atq; idiuīsa v-
nitas. confitemini ei
quia fecit nobiscū mi-
sericordiam suam. **Ps̄.** Benedi-
camus patrē et filiū cum sancto
spiritu. **Collecta.**

Omnipotēs sempiternē de-
i qui dedisti famulis tuis in
cōfessione vere fidei eterne trini-
tatis gloriā agnoscere. ⁊ in poten-
tia maiestatis adorare unitatē q̄s
ut eiusdē fidei firmitate: ab oibus
semper muniamur aduersis. **P.**

Rēs. Q̄ Ad Romanos. xi.
Faltitudo diuiciarū sapiēcie et
sciēcie dei: q̄ incōprehēbilia sūt
iudicia ei?. ⁊ iuestigabiles viē ei?.
Quis em̄ cognouit sensum domi-
ni. aut q̄s cōsiliarius ei? fuit? Aut
quis prior dedit illi. ⁊ retribuetur
ei? Qm̄ ex ipso et per ipsum ⁊ ī ip-
so sunt om̄ia: ipsi honor et gloria
in secula seculorū amen. **Grad.**

Benedictus es dñe qui intueris
abyssos et sedes super cherubin.
v. Benedictus es in throno reg-
ni tui et laudabilis in secula.

Alleluia. **v.** Benedictus es dñe
de? patz n̄roz et laudabilis ī secu-
la. **Vel** **A**lla. **v.** Omnium in te
credentiū suscipe vota trinitas al-
ma tibi gloria et laus eterna.

Sequencia. V. f. xxxvi.

Benedicta semp̄ sancta sit tri-
nitas deitas scilicet unitas
coequalis gloria. Pater fili? san-
ctus spiritus tria sunt noīa om̄ia
eadē substācia **D**eus genitor de-
us genit? in utroq; sacer spiritus
deitate socia **N**ō tres tamē dñi sūt
deus ver? vn? est sic pat̄ dñs filius

spiritusque sanctus. Proprietas i
personis unitas est et in essentia.
Maiestas par et potestas decus
honor eque per omnia. Sidera
maria continet arua simul et uni
uersa condita. **Q**uem tremunt im
pia tartara colit quoque quae et abyssus
infima. Nunc omnis vox atque li
gua fateatur hunc laude debita.
Quem laudat sol atque luna digni
tas adorat angelica. Et nos voce
precella omnes modulemur orga
nica cantica dulci melodia. **A**pa
epa nunc simul iubilem? alacris
no domino laudes in excelsis. **O** ado
randa trinitas. **O** veneranda u
nitas. **P**er te sum? creati vera e
ternitas. **P**er te sum? redemp
ti summa tu charitas. **P**opulum
cunctum tu protege salua libera eri
pe et emunda. **T**e adoramus? omni
potens tibi canimus? tibi laus et glo
ria. **P**er infinita secula seculorum.
Euangelium. **Q**um venerit para
dptus. **Et dominica post ascensionem.**
lxv. **Offertorium.** **B**enedictus sit deus
pater unigenitusque dei filius sanctus
quoque spiritus? quia fecit nobiscum mi
sericordiam suam. **Secreta.**
Sanctifica quoniam domine de? noster p
tui sancti nominis inuocationem. et per
unigeniti tui virtutem huius oblationis
hostiam: et cooperante spiritu sancto
per eam nosmetipsos tibi per
fice mun? eternum. **P.** eius. **Prefatio**

Qui cum unigeniti. **Co.** **B**enedi
cite deum celi et coram omnibus viuenti
bus confitemi ei quia fecit nobiscum
misericordiam suam. **Complenda.**
Proficiat nobis ad salutem corpo
ris et anime domine deus huius sacramenti
preceptio: et sempiterna sancte tri
nitatis eiusdemque indiuidue uni
tatis confessio. **P**er dominum.

De Corpore christi Introitus

Qui bauit eos ex adipe
frumenti alla et de pe
tra melle saturauit
eos alla al. alla. **Ps.**
Exultate deo adiutori nostro iubi
late deo iacob. **Collecta.**

Deus qui nobis sub sacramen
to mirabili passionis tue me
moriam reliquisti. tribue quoniam. ita nos
corpore et sanguine tui sacra myste
ria venerari: ut redemptionis tue
fructum in nobis iugiter sentiamus. **Ev.**

Ad Corinthios. prima. xi.

Fres. Ego enim accepi a domino quod et
tradidi vobis: quoniam dominus noster
ihesus christus? in qua nocte tradebatur. ac
cepit panem gratias agens fregit et di
xit. Accipite et manducate. Hoc est cor
pus meum quod pro vobis tradetur. Hoc
facite in meam memoracionem. **S**i
 camur. ut hec sancta q̄ gerim? ⁊ a
 p̄teritis nos delict: parit̄ exuāt et
 futuris. **P. Cō.** Nouete et red
 dite dño deo v̄ro oēs q̄ i circuitu e/
 ius affertis mūera terribili ⁊ ei q̄
 aufert sp̄m p̄ncipū terribili apud
 om̄es reges terre. **Cōplenda.**

Sāctificationib? tuis op̄s deus:
 et uicia n̄ra curēt: et remedia nob̄
 eterna pueniant. **Per.**

Feria. iiii. q̄mor: tpm Introitus.

Exultate deo adiutori n̄ro iu/
 bilate deo iacob sumite psal
 mū iocūdū cū cythara canite inicit
 um mēsis tuba q̄ p̄ceptū i isrl̄ ē et
 iudiciū deo iacob **P̄.** Sumite
 psalmū ⁊ date tympanū psalteri
 um iocūdū cū cythara. **Hic nō d̄.**
Dñs vo. sed Orem? . **Electa /**
mus ge. Leuate. Collecta.

Misericordie tue remedijs q̄s
 dñe fragilitas n̄ra subsistat:
 ut q̄ i sua p̄dicatione atterit̄ tua cle/
 mēcia repet. **P̄** **Itō amos p̄ph. ix.**

Det̄ d̄ dñs deus. Ecce dies ve
 niēt et comprehēdet arator
 messorē: et calcator uue mittentē
 semē. Et stillabūt mōtes dulcedi/
 nē: ⁊ oēs colles culti erūt. Et puer/
 tā captiuitatē ppl̄i mei isrl̄. ⁊ edifi/
 cabūt ciuitates desertas: ⁊ habita
 būt i eis. Et plātabūt uineas: ⁊ bi
 bēt uinū ear. Et faciēt hortos: ⁊ co
 medēt fruct? eoy. Et plātabo eos
 sup humū suā: ⁊ nō euellā eos ul
 tra de terra sua quā dedi eis. Dicit
 dominus om̄ipotēs. **Grad.**

Venite filij audite me timorē do
 mini docebo vos. **vs.** Accedite ad
 eū ⁊ illuminami ⁊ facies v̄re nō cō/
 fundētur. **Dñs vo. Oremus.**

Presta q̄m̄s dñe **Collecta.**
 familie tue supplicāti. ut dū
 a cibus corp̄alibus se abstinet: a uī
 cijs mēte ieiunet. **Per.**

Tertio libri Esdre. scdo. viii.

Erat diebus illis. Congregatus est
ois populus quasi vir vnus ad
plateam que est ante portam aquarum. Et
dixerunt esdre scribe. ut afferret li-
brum legis moysi quem precepit dominus
israheli. Attulit ergo esdras sacer-
dos legem coram multitudine virorum
ac mulierum. cunctis qui poterant intel-
ligere in die prima mensis septimi
et legit in eo apertim in platea que est an-
te portam a quibus a mane usque ad medi-
am diem. in conspectu virorum ac mulie-
rum et sapientium. Et aures omnis po-
puli erant erecte ad libros. Stetit autem
esdras scribe super gradum ligneum
quem fecerat ad loquendum: et steterunt
iuxta eum. Et aperuit esdras libros co-
ram omni populo: super uniuersum
quippe populum eminebat. et bene-
dixit esdras domino deo magno. Et res-
pondit ois populus amen. Eleuans autem
omnis populus manus suas incur-
uati sunt: et adorauerunt pro domino in ter-
ram. Porro leuite silencium facie-
bant in populo: ad audiendam legem.
Populus autem stabat in gradu suo.
Et legerunt in libro legis dei distin-
cte: et aperte ad intelligendum. Dixit
autem neemias sacerdos. Scribe et
leuite: dies sanctificatus est domino deo
nostro. nolite lugere et nolite fle-
re. Et dixit eis. Ite et comedite pin-
guia. et bibite mulsum: et mittite
partes eis que non preparauerunt sibi. quia

sanctus dies domini est. Et nolite consti-
tari gaudium eternum domini est: fortitudo
nostra. **Grad.** O uis sic dominus
deus noster qui in altis habitat hu-
milia respicit in celo et in terra. **V.**
Suscitans a terra inopem et de ster-
core erigens pauperem.

Fil. t. **Andes** **S. Marcii. ix.**
vnus de turba dixit ad ihesum
Magister attuli filium meum ad te.
habentem spiritum mutum: qui ubique eum
apprehenderit. allidit eum. et spumat
et stridet dentibus et arescit. Et dixit
discipulis tuis ut egerent illum: et
non potuerunt. Qui respondens: dixit
eis. O generatio incredula. quomodo
apud vos ero. quomodo vos patiar?
Afferte illum ad me. Et attulerunt eum.
Et cum vidisset illum statim spiritus con-
turbauit eum. et elisus in terra. vo-
luta bat spumas. Et interrogauit
patrem eius. Quatum tempus est ex quo
habet ei accidit. At ille ait. Ab infancia. Et
frequenter eum in ignem et in aquas mi-
sit. ut eum perderet. Sed si quid potes ad-
iuua nos: misertus nostri. Ihs autem
ait illi. Si potes credere: oia possi-
bilia sunt credenti. Et continuo excla-
mans pater pueri: cum lachrymis
aiebat. Credo domine: adiuua incredu-
litatem meam. Et cum videret ihs con-
currentem turbam. iminatus est spiritu in
mundo dicens illi. Surde et mute spi-
ritus: ego tibi precipio exi ab eo. et
amplius ne introeas in eum. Et clamans

et multū discerpēs eū: exiit ab eo. Et factus est sicut mortuus? ita ut multi dicerent. quia mortuus est. Illis autē tenēs manū eius. eleuauit eū et surrexit. Et cū introisset i domū discipuli ei? secreto interrogabāt eū. Quare nos nō potuim? eijcere eū? Et dixit illis. Hoc genus in nullo potest exire: nisi in oratione et ieiunio. **Offertorium.** Meditabar in mādaris tuis que dilexi valde et leuabo manū meas ad mandata tua que dilexi. **Secreta.**

Nec hostia dñe quāis emūdet nra delicta. et ad sacrificiū celebrandū. subditoꝝ tibi corpa mētelq; sanctificet. **P.** **Ps.** Comedite piguā et bibite mulsum et mittite partes eis q̄ nō prepauerūt sibi sancti ei dies dñi ē nolite tristari gaudiū etem dñi ē fortitudo v̄ra. **Cōplē.**

Sumētes dñe dona celestia suppliciter deprecamur: ut q̄ sedula seruitute donante te gerim? dignis sensib? tuo mūere capiam?. **Per.**

Uctetur **Feria. vi. Introit?** cor: querenciū dñm q̄rite dominū et cōfirmamī. q̄rite faciē ei? semp. **Ps.** Cōfitemi dño et in uocitate nomē eius annūciate iter gētes opa eius. **Collecta.**

Presta quāis op̄s de?: ut obseruationes sacras annua deuotione recolentes: et corpore tibi placeamus et mente. **Per.**

lectio Osee prophete. xliij.

Dec dicit dñs deus. Conuerte te israhel ad dñm deū tuū: quā corruisti in iniquitate tua. Tollite uobiscū uerba: et cōuertimī ad dñm et dicite ei. Quē aufer iniquitatem et accipe bonū. et reddem? uultus labioꝝ nostroꝝ. Assur nō saluabit nos: sup equos nō ascendemus. nec dicem? ultra dij nri opa manuū nostroz: quia eius q̄ in te est misereberis populi. Sanabo cōtriciones eoz diligā eos spontanee: quia auersus ē furor me? ab eis. Ero quasi ros: et israhel germinabit quasi liliū. Erūpet radix ei? ut libani ibūt rami eius. Et erit q̄ si oliua gloria eius: et odor ei? ut libani. Conuertētur sedētes in umbra eius: uiuēt tritico et germinabunt quasi uinea. Memoriale ei? sicut uinū libani. Effraym. quid michi ultra idola? Ego exaudiam et dirigam eū ego ut abietē uirentem ex me fructus tu? inuētus est. Quis sapiēs et intelliget ista: itelligens et sciet hec? Quia recte uis dñi: et iusti ambulabūt in eis.

Cōuertere dñe aliquātū **Sta.** lū et deprecare sup seruos tuos. **V.** Dñe refugiū factus es nob a gnacōne et pgenie. **Euāgelii.** Factū est in una dieꝝ. **R. lxxvij. Off.** **B**enedic anima mea dño et noli obliuisci omēs retribuciōes eius

et renouabitur sicut aquile iuuē /
tus tua. **Secreta.**

Accepta sint tibi dñe qñs nostri
dona ieiunij: que ⁊ expiando nos
tua gracia dignos efficiant et ad
sempiterna pmissa pducāt. Per.

Co. **A**ufer a me obprobriū ⁊ cō /
temptū q̄ mādata tua exquisiui
dñe nam et testimonia tua medi /
tatio mea est. **Cōplenda.**

Quesum? ōps deus. vt de p̄cep /
tis mūeribus gracias exhibētes:
beneficia potiora sumamus. P.

Sabbato q̄tuor: tēporū Introitus

Uenite adorem? deū et proci /
dam? ante dñm plorem? an /
te eū qui fecit nos quia ipse ē dñs

deus noster. **Ps.** Venite exulte /
mus dño iubilemus deo salutarī
nostro. **Sine Do. vo. s̄. de. Ore**
mus **Electam? genua. Leua.**

Omnipotēs sem **Collecta.**
piterne deus q̄ p̄ cōtinēciā
salutarē ⁊ corpibus meder? ⁊ mē /
tibus: maiestātē tuā supplices expo /
ram? vt pia ieiunāciū deprecōne
placat? . et p̄sencia nobis subsidia
p̄beas et futura. Per dñm.

lectio libri leuitici. xxij.

F dieb? illis. Locut? est dñs
ad mopsen dicēs. Decia die
mēsis hui? septimi. dies expiatio /
nū erit celeberrim?: ⁊ vocabit? san /
ctus. Affligetisq; aias v̄as in eo:
et offeretis holocaustū dño. Omne

opus seruile nō facietis in tēpore
diei hui?: quia dies p̄piciationis ē
vt p̄piciet vobis dñs deus vester.

Q̄is aia que afflicta nō fuerit die
hoc: p̄bit de populo suo. et q̄ opis
quippiam fecerit: delebo eā de po /
pulo suo. Nichil ergo operis facie /
tis in eo. Legitimū sempiternum
erit vobis: in cūctis generacioni /
bus et habitacionib? vestris Sab /
batum requieconis ē: affligetisq;
aias v̄as. Die nono mēsis hui?
a vespa vsq; ad vespam. celebrabi /
tis sabbata vestra. Dicit dñs ōps

Propicius esto dñe pec **S. ad.**
catis nostris neqñ dicāt gētes ubi
est deus eor. **v.** Adiuua nos de?
salutaris noster ⁊ p̄pter gloriā no /
minis tui domie libera nos **Ore**
mus. **Electam? ge. Leuate.**

Oa nobis q̄s ōps **Collecta.**
deus: vt ieiunādo tua gra /
cia faciemur. ⁊ abstinēdo cunctis
efficiamur hostib? forciores. Per.

lectio libri leuitici. xxij.

F dieb? illis. Locutus ē dñs
ad mopsen dicēs. Quintode /
cimo die mēsis septimi qñ congre /
gaueritis oēs fructus terre v̄re.
celebrabitis ferias domi septem
diebus. Die primo et die octauo:
erit sabbatum. id est requies. Su /
metisq; vob die primo fructus ar /
boris pulcherrime spatulasq; pal /
marum. et ramos ligni densarū

frondium: et salices de torrente. et letabimini coram domino deo vestro. celebrabitisque solempnitatem eius septem diebus per annum. Legitimum sempiternum erit in cunctis generationibus vestris. Mense septimo festa celebrabitis: et habitabitis in umbraculis septem diebus. Omnis qui de genere israel est. manebit in tabernaculis: ut discant posterii vestri quod in tabernaculis habitare fecerunt filios israel cum educerem eos de terra egypti. Ego dominus deus vester. *Sia.*

Protector noster aspice deus et respice super servos tuos. *v.* Domine deus virtutum exaudi preces servorum tuorum. **O**remus **E**lectamus genua. **L**euate. *Collecta.*

Uere quoniam domine familiam tuam: ut salutis eterne remedia que te aspirante requirunt. te largiente consequamur. Per dominum.

Lectio Michae prophete. vii.

Domine deus noster pascere populum tuum in virga tua gregem hereditatis tue. habitantes solos in saltu In medio carmeli pascentur basan et galaad. iuxta dies antiquos. Secundum diem egressionis tue de terra egypti ostendam ei mirabilia. Videbunt gentes et confundentur super omnem fortitudinem suam quoniam quis deus similis tui: qui auferis iniquitatem. et transferes peccatum reliquarum

hereditatis tue? Non immittet ultra furorem suum quoniam volens misericordiam. et reuertet et miserebitur nostri. Deponet omnes iniquitates nostras: et proiciet in profundum maris omnia peccata nostra. Dabis veritatem iacob misericordiam abraham: que iurasti patribus nostris a diebus antiquis. Domine deus noster. *Sia.*

Dirigat orationem meam sicut incensum in conspectu tuo domine. *vf.* Eleuatio manuum mearum sacrificium vesperinum

Oremus **E**lectamus genua. **L**euate. **P**resta quoniam domine *Collecta.*

Prohibe nos ab epulis abstinerere carnalibus: ut a vicibus irruentibus pariter ieiunemus. *P.* *ico: acth. pph. vii.*

Factum est verbum domini ad me dicens. Hec dicit dominus deus exercituum. Dicit cogitavi ut affligerem vos cum ad iracundiam me provocassent presertim vestri et non sum misertus: sic perversus cogitavi in diebus istis ut benefaciam iherusalem et domui iuda. Nolite timere Hec sunt ergo verba que facietis loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo. Veritatem et iudicium pacis iudicate in portis vestris: et unusquisque malum contra amicum suum ne cogitetis in cordibus vestris: et iuramentum medari ne diligat. Sia ei sunt que odi: dicit dominus Et factum est verbum domini exercituum ad me dicens. Hec dicit dominus exercituum. Ieiunium primi. ieiunium quarti. et

ieiuniū septimū. et ieiuniū decimū
erit domui iude in gaudiū ⁊ letici
am ⁊ in solēpnitates p̄claras. Ve
ritatē tantū et pacē diligite: ut do
minus exercitū. **Grad.**

Ad dñm dū tribularer clamaui
et exaudiuit me. **Ps.** Dñe libera
aiam meā a labiis iniq̄s ⁊ a lingua
dolosa. **O**rem? **L**ectam? ge.

Leuate. **Collecta.**

Ut nos dñe tribuis solēpne ti
bi deferre ieiuniū: sic nob̄
q̄s indulgēcie p̄sta subsidū. Per.

Lectio. Angelus dñi descē. **& an**
te Sla in excelsis. **Hymn.** Be
nedict? es. **& ante Sla i ex.** **D**o
min? vo. **line** **L**ectamus ge.

Collecta. Deus q̄ trib?. **& ante**
Sla in excelsis. **Ad Hebr̄eos. ix.**

Frēs. Tabernaculū factū est
p̄mū in quo erāt cādelabra
et mēsa ⁊ p̄positio panū. qd̄ dī san
cta. Post velamētū at̄ scdm̄ taber
naculū. qd̄ dī sancta sanctorū aure
um habens thuribulū. ⁊ archā te
stamētī. circūtectā ex oī pte auro.
In q̄ erat vna aurea habēs man
na: ⁊ virga aaron q̄ frōduerat. et
tabule testamētī: sup̄ q̄ erāt cheru
bin glorie obūbrācia p̄piciatoriū.
de quib? modo nō est dicēdū p̄ sin
gula h̄is vero ita p̄positis: in p̄
ri qd̄ē tabernaculo sp̄ introibant
sacerdotes sacrificiorū officia p̄su
mātes. In secūdo at̄ semel in āno

sol? p̄tifer nō sine sanguine quē
offert p̄ sua ⁊ p̄ populī ignorācia
Hoc significāte sp̄sancto nondū
p̄palatā eē sanctorū viā: adhuc p̄ori
tabernaculo habēte statū: q̄ p̄abo
la ē t̄p̄is instātis. Iuxta quā m̄ue
ra ⁊ hostie offerunt. q̄ nō possūt iu
xta cōscienciā p̄fectā facere seruiē
tem. solūmodo in cibis ⁊ potib? et
varijs baptismatib? ⁊ iusticijs car
nis vsq; ad tēpus correctionis im
positis. **Christ?** at̄ assistēs p̄tifer
futuroꝝ bonoꝝ p̄p̄lius et p̄fecti?
tabernaculū. nō manufactū. id ē
nō hui? creacionis: neq; p̄ sangui
nem h̄ycoꝝ aut vīculoꝝ: sed p̄p̄ri
um sāguinē introiuit semel ī san
cta eterna redēpcione inuenta.

Grad. **L**audate dñm oēs gen
tes ⁊ collaudate eū oēs populī (v̄.
Qm̄ p̄firmata est sup̄ nos miseri
cordia ei? ⁊ veritas dñi manet ine
ternū. **Secūdum lucam. xij.**

Fil. t. Dicebat ih̄s turbis si
militudinē hanc. Arborē ficī
habebat qd̄am plantatā in vinea
sua: ⁊ venit querēs fructū in illa.
et nō inuenit. Dixit aut̄ ad cultorē
vinee. Ecce āni tres sūt ex quo ve
nio q̄rēs fructū in ficulnea hac: et
nō inuenio. Succide ergo illā. ut
qd̄ etiā t̄rā occupat: ut ille respon
dēs. dixit illi. Dñe: dimitte illā ⁊ h̄
anno. vsq; dū fodiā circa illā ⁊ mit
tam stercoꝝ. Et siquidem fecerit

ge: **Mit illi ihs** Diliges dñm deum tuū ex toto corde tuo: et ex tota aīa tua. et in tota mēte tua. Hoc ē māximū et p̄mū mandatū. Secundum autē: simile est huic. Diliges proximū tuū sicut teipsū. In hīs duobus mādatīs uniuersa lex p̄detur p̄phete. Congregatis autē phariseis: interrogauit eos ihesus. dicēs. Quid vobis videt de christo? Cuius filius est? Dixerūt ei. Dauid. **Mit illi**. Quō ergo dauid in spiritu vocat eū dominū dicēs. Dixit dominus dño meo. sede a dextris meis donec ponā inimicos tuos scabellum pedū tuorū. Si ergo dauid vocat eū dominū. quō filius eius est? Et nemo poterat respōdere ei verbū: neq; ausus fuit quālibet ex illa die eū amplius interrogare. **Offer.** Sanctificauit moyses altare domo offerēs sup illud holocausta et imolās victimas fecit sacrificiū vesperinū in odorē suauitatis dño deo in aspectu filiorū isrl. **Secre.** De q̄ nos p̄ huius sacrificij venerāda cōmercia vni? sūmeq; diuinitatē participes efficis. p̄sta q̄s: ut sicut tuā cognoscim? veritatē. sic eā dignis mētibus ac moribus assequimur. **Per.** **Cō.** Tollite hostias et itroite in atria eius adorare dñm in aula scā eius. **Grās tibi offerim?** **Cōplenda.** dñe sacro mūere vegetati tuā misericordiam deprecantes. ut dignos

nos eius participatiōe perficias. **Per.**

Mit? p̄li ego **Dñca. xix. Inc.** **Sū** dicit dñs de quacūq; tribulatiōne clamauerit ad me exaudia eos et ero illorū dñs in perpetuū. **Ps.** Audite p̄le me? legē meā inclinate aurē v̄ram in v̄ba oris mei. **Collec.**

Ops et misericors de? uniuersa nob aduersancia p̄piciat? exclude: ut mēte et corpe paritē expediti. q̄ tua sūt liberis mētibus exequimur. **P.** **Ad Ephesios. iij.**

Frēs. Renouamī spū mentis v̄re: et induite nouū hoīem q̄ scdm deū creat? ē in iusticia et sacritate veritatis. Prop̄ qd̄ deponentes mēdaciū: loq̄mi veritatē vnus quilibet cū proximo suo. quā sum? inuicē mēbra. Irascimī: et nolite peccare. Sol nō occidat sup iracūdiā v̄ram. Nolite locū dare dyabolo. Quis furabatur: iā nō furet. Magis autē laboret opando manibus suis quod bonū est: ut habeat vñ tribuat necessitatē paciētī. **Gra.** Dirigat orō mea sicut incensū in aspectu tuo dñe. **v.** Eleuatio manū mearū sacrificiū vesperinū. **Alla. v.** Cōfitebor tibi dñe in toto corde meo et in aspectu āgelorū psallā corā te. **Math. ix.** **P. i. t.** Ascēdes ihs in nauiculā et transiit in ciuitatē suā. Et ecce offerebant ei palptico iacentē in lecto. Et vidēs ihs fidē illorū: dixit palptico. Cōfide fili: re-

mittunt tibi peccata tua Et ecce quidam de scribis dixerunt intra se. Hic blasphemat. Et cum vidisset ihesus cogitationes eorum: dixit eis. Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris? Quid est facilius dicere: dimittuntur tibi peccata. an dicere surge et ambula? Ut sciatis autem quoniam filii hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata: tunc ait paralytico. Surge tolle lectum tuum: et vade in domum tuam.

Et surrexit: et abiit in domum suam Videntes autem turbe: timuerunt. Et glorificauerunt deum: qui dedit potestatem talem hominibus? **Offer.**

Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me domine et super iram inimicorum meorum extendes manum tuam et saluum me fecit dextera tua. **Secreta.**

Nec munera domine quae sunt oculis tuae maiestatis offerim? salutaria nobis esse concede. **Per. Co.**

Tu mandasti mandata tua custodiri nimis utinam dirigatur viae meae ad custodiendas iustificaciones tuas

Tua nos domine me **Coplanda.** dicinalis opacio et a nostris puerilitatibus clementer expediat et tuus semper faciat inherere mandatis. **Per. Omnia. xx. Introitus.**

Omnia quae fecisti nobis domine in vero iudicio fecisti quia peccatum? tibi et mandatis tuis non obediui? sed da gloriam nomini tuo et fac no-

biscum secundum multitudinem misericordie tue. **Ps.** Beati immaculati in via qui ambulat in lege domini. **Collecta**

Largire quoniam domine fidelibus? tuis indulgentiam placat? et pacem: ut pariter ab omnibus mundent offensis. et securam tibi mente deseruiant. **P. Ad Ephesios. v.**

Heres. Videte quomodo caute ambulatis. non quasi insipientes: sed ut sapientes. Sedimentes tempus: quoniam dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes: sed intelligentes que sit voluntas dei. Et nolite inebriari vino in quo est luxuria: sed impleamini spiritu sancto loquentes vobismetipsis in psalmis et hymnis. et canticis spiritualibus? cantantes et psallentes in cordibus vestris domino. gratias agentes semper pro omnibus in nomine domini nostri ihesu christi deo et patri. **Subiecti inuicem in timore christi. Gra.**

Oculi omnium in te sperant domine et tu das illis escam in tempore opportuno. **v.** Aperis tu manum tuam: et implebis eam aial benedictione. **Alia. v.** Lauda anima mea dominum laudabo dominum in vita mea psallam deo meo quamdiu ero. **Ps. Math. xxij.**

Tertius. loquatur ihesus cum discipulis suis in parabolis dicens Simile factum est regnum celorum homini regi: qui fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos vocare invitatos ad nuptias. et nolentibus venire Iteque misit alios

os seruos dicēs. Dicite iuitatē. Ecce pradiū meū pauī: thauri mei et alticia occisa. et oīa parata sūt. uenite ad nupcias. Illi autē neglexerūt: et abierūt. alī in uillā suā. alī uero ad negociacionē suā. Reliq̄ uero tenuerūt seruos ei? et contumelios affectos occiderūt. Rex autē cū audierat iratus ē: et missis exercitib? suis pdidit homicidas illos: et ciuitatē illoꝝ succēdit. Tūc ait seruis suis. Nupcie q̄dem parate sūt sed qui inuitati erāt nō fuerūt digni. Ite ergo ad exit? uiaꝝ: et quoscūq; inueneritis uocate ad nupcias. Et egressi serui eius in uias cōgregauerūt oēs quos inuenerūt bonos et malos: et implete sūt nupcie discubenciū. Intrauit autē rex ut uideret discubentes et uidit ibi hoiem non uestitum ueste nupciali et ait illi. Amice quō huc intrasti nō habēs uestē nupcialē? At ille obmutuit. Tūc dixit rex ministris. Ligatis manib? eius et pedib? mittite eū in tenebras exteriores: ibi erit fletus et stridor denciū. Multi em̄ sunt uocati: pauci uero electi. **Offert.**

Sup flumina babilonis illic sedimus et fleuim? dū recordaremur syon. **Secreta.**

Celestē nob̄ p̄beāt h̄ mysteria q̄s dñe medicinā: et uicia cordis nr̄i expurgēt. **P. Cō. Memēto uerbi tui seruo tuo dñe in q̄ michi spem**

dedisti her me consolata est in humilitate mea. **Cōplenda.**

Ut sacris dñe digni reddamur mūerib?: fac nos q̄s tuis sp̄ obedi re mādati. **P. Dñica. xxi. Int.**

In uolūate tua dñe uniuersa sūt posita et nō est q̄ possit resistere uolūati tue. tu em̄ fecisti oīa celū et terrā et uniuersa q̄ celi ambitu p̄tinētur dñs uniuersorū tu es. **P̄s. Beati imaculati i uia qui ambulāt in lege dñi. Collet.**

Familiā tuā q̄sumus dñe cōtinua pietate custodi: ut a cūctis aduersitatib? te p̄tegente sit libera: et in bonis actib? tuo noi sit deuota. **P. Ad Ephesios. vi.**

Fratres. Cōfortami in dño. et in potēcia uirtutis ei? Induite uos armaturā dei: ut possitis stare aduersus insidias dyaboli. qm̄ nō ē nobis colluctatio adūsus carnē et sanguinē: s; aduersus p̄ncipes et potestates. aduersus mūdi rectores tenebray har̄ p̄tra sp̄itualia nequicie i celestib?. Propterea accipite armaturam dei: ut possitis resistere i die malo. et in oībus p̄fecti stare. Stare ergo succincti lūbos v̄ros i ueritate. iduti lorica iusticie. et calciati pedes i p̄pacione euangelij pacis. In omnibus sumētes scutum fidei in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. Et galeā salutis

assumite et gladiū spūs quod est
verbū dei. **Grad.** Dñe refugium
factus es nobis a generatione
et progenie. **V.** Priusquā mōtes
fierent aut formaret terra et orbis
a seculo et in seculū tu es. **Alle
luia.** **V.** Qui sanat cōtritos corde
et alligat cōtriciones eorū.

Fillo tpe. **S. Iohem. iiii.**
Erat quidā regulus cuius fili
us infirmabatur capharnaū hic cū
audisset quia ihesus adueniret a
iudea in galileā. abiit ad eū et ro
gabatur eū ut descēderet et sanaret
filiū eius: incipiebat enim mori. Di
xit ergo ihesus ad eū. Nisi signa et
prodigia videritis: nō creditis. Di
xit ad eū regulus. Dñe descēde p̄
quē moriatur filius meus. Dicit ei ihe
sus. Vade. filius tuus vivit. Credi
dit homo sermoni quē dixit ei ihs
et ibat. Nā autē eo descēdente serui
ocurrerūt ei et nūciauerūt dicen
tes. quia filius eius vivit. Inter
rogabat ergo horā ab eis in quā me
lius habuerit: et dixerūt ei. Quia
heri hora septima reliquit eum fe
bris. Cognouit ergo pat̄. quia illa
hora erat in qua dixit ei ihs fili
us tuus vivit: et credidit ipse et domus
eius tota. **Off.** Vir erat in terra noīe
iob simplex et rectus ac timēs deū
quē sathan peccat ut tēptaret et da
ta ē ei potestas a dño in facultate et
in carne eius: p̄diditque oēm substan

tiā ipsius et filios carnē quoque et
gravi ulcere vulneravit. **Secre.**
Suscipe dñe quāvis p̄cipuus mune
ra quibus et te placari voluisti: et no
bis salutem potenti pietate resti
tui. **Per.** **Cō.** In salutari tuo
aīa mea et in verbū tuum spera
ui quā facies de p̄sequētibus me iudi
cium iniqui p̄secuti sunt me adiu
ua me dñe deus meus. **Cōplēda**
Immortalitatis alimoniā conse
cuti quāvis dñe: ut quod ore percepti
mus. mēte capiamus. **Per.**

Dominica. xxij. Introitus.

Siniquitates observauerunt do
mine dñe quōs sustinebit quia
apud te p̄cipuatio ē deus israhel.

Ps. De profundis clamaui ad te
dñe dñe exaudi vocem meam.

Deus refugium nostrum et virtus
adesto p̄s ec
clesie tue p̄cibus auctor ipse pieta
tis et presta: ut quō fideliter petim
efficaciter p̄sequamur. **Per.**

Herēs. **Ad philippenses. p̄mo.**
Confidim⁹ in dño ihesu: quā
qui cepit in vobis op⁹ bonū perfici
et usque in diē chulsi ihesu. Sicut
enim est michi iustū hoc sentire pro
oibus vobis: eo quō habeā vos in
corde et in vinculis meis. et in de
fensione et cōfirmatione euāgelij
socios gaudij mei omnes vos esse.
Testis enim michi ē deus: quō cupi
am vos omnes in visceribus ihesu
R ij

christi. Et hoc oro: ut charitas v̄ra
magis ac magis habūdet in scien
tia ⁊ i omni sensu. ut probetis po
tiora. et sitis sincerus ⁊ sine offen
sa in diē christi ihesu: repleti fruc
tu iusticie. Per ihesum christū: in
laudē et gloriam dei. **Grad.**

Ecce q̄ bonum et q̄ iocūdum ha
bitare fratres in unū. **v.** Sic vin
gentū in capite qd̄ descēdit in bar
bam barbā aaron. **v.** Mādauit
dñs bñdictionē ⁊ vitā vsq; i seculū

Alla. v. Qui posuit fines tuos
pacem et adipe frumētī faciat te.

Phil. c. d. i. S. Math. xviii.

Ed. l. pabolā hāc. Simile ē reg
nū celoz hoi regi: q̄ voluit racio
nem ponere cū seruis suis. Et cū
cepisset rationē ponere: oblat̄ est
ei vnus q̄ debebat decē milia talē
ta. Cū aut̄ nō haberet vnde redde
ret: iussit eū dñs venūdari et pro
rem ei ⁊ filios: et om̄ia que habe
bat et reddi. Procidēs aut̄ seruis
ille: orabat eū dicēs. Paciēciā ha
be in me. ⁊ oia reddā tibi. Misert̄
aut̄ dñs serui illius: dimisit eū. et
om̄e debitū dimisit illi. Egressus
autem seruis ille. inuenit vnum
de conseruis suis. qui debebat ei
centū denarios. Et tenēs. suffoca
bat eū dicēs. Redde qd̄ debes. Et p
cidēs p̄seruis ei: rogabat eū di
cēs. Paciēciā habe in me: ⁊ oia red
dam tibi. Ille aut̄ noluit: sed abiit ⁊

misit eū i carcerē. donec redderet
debitū. Vidētes aut̄ p̄serui eius q̄
fiebant: tristati sunt valde. Et ve
nerūt ⁊ narrauerūt dño suo: om
nia que facta fuerāt. Tūc vocauit
illū dñs suus: et ait illi. Serue ne
quā om̄e debitū dimisi tibi. qm̄ ro
gasti me. Nōne ergo oportuit ⁊ te
misereri p̄serui tui. sicut ⁊ ego tui
miser̄ sum? Et iratus dñs ei: tra
didit eū tortorib;: quo ad usq; red
deret vniuersum debitū. Sic ⁊ pa
ter me; celestis faciet vobis si non
remiserit vnusq; fratri suo: de
cordibus vestris. **Offer.** Re
cordare mei dñe omnipotētati do
minās da sermonē rectū i os me
um ut placeāt verba mea in con
spectu p̄ncipis. **Secreta.**

Da misericors de;: ut hec saluta
ris oblatio. ⁊ a p̄p̄is nos reatib;
indefinēter expediat: et ab om̄ib;
tueatur aduersis. **Per. Co.**

Dico vobis gaudiū est angel; dei
sup vno pctōre penitēciā agente.

Sumpsim; dñe sa **Cōplenda.**
cri dona mystery humilit; dep̄can
tes: ut q̄ in tui p̄memoracōne nos
facere p̄cepisti. in nostre pficiant
infirmitatis auxiliū. **Per dñm.**

Dm̄ca. xvij. Introit. Si iniqua
tes. ut supra precedenti domini
ca. per totum cū **Collecta. Secre.**

Et **Cōplē. Ad Philippē. iij.**
ratres. Imitatores mei esto

te: et obseruate eos qui ita ambu-
lant sicut habetis formam nr̄am.
Multi em̄ ambulāt q̄s sepe dice-
bā vobis: nūc at̄ et flens dico iūni-
cos crucis christi. quoz finis inte-
ritus. quoz deus vēter ē: ⁊ gloria
in cōfusionem ipsoz. q̄ terrena sa-
piūt. nostra at̄ puerlacio in celis ē
Dñi etiā saluatorē expectam⁹ do-
minū nostz ihesum christū: qui re-
formabit corp⁹ humilitatis nr̄e:
cōfiguratū corpori claritatis sue.
sc̄dm opacionē qua possit etiā sub-
h̄ere sibi oīa ih̄s christ⁹ dñs nr̄.

Secūdum Matheū. xxiij.

Fil. t. Abēntes pharisei cōsū-
liū inierūt ut capent ihesum
in sermone. Et mittūt ei discipu-
los suos cū herodianis: dicentes.
Magister. sc̄im⁹ quia verax es: et
viam dei in veritate doces. ⁊ non
est tibi cura de aliquo. Nō ei respi-
cis psonā hominū. Dic ergo nob
quid tibi videt⁹: licet cēsū dari cesa-
ri an nō? Cognita at̄ ihesus nequi-
cia eoz: ait. Quid me tēptatis hy-
pocrite? Ostēdite michi nummis
ma cēsus. At illi obtulerūt ei dena-
riū. Et ait illis ih̄s Cui⁹ ē imago h̄
et superscripcio? Dicūt ei. Cesaris.
Tūc ait illis ih̄s. Dedit ergo q̄ c̄sari
cesaris cesari: ⁊ q̄ sunt dei deo.

**Dñica. xxiiij. Introitus. Si iniq̄-
tates. Et cū toto cantu. Collecta.
et Secreta. atq̄ Cōplenda. supra**

folio. xxvij. Ad Colosenses. p̄mo.

Fratres. Non cessam⁹ p vob̄
orantes et postulātes. ut im-
pleamini agnitione volūtāt ei⁹.
In om̄i sapiencia ⁊ intellectu sp̄i-
rituali: ut abuletis digni deo p o-
nia placētes In om̄i ope bono fru-
ctificātes ⁊ crescētes in sciēcia dei.
in om̄i virtute cōfortati. sc̄dm potē-
ciam claritatis eius. In omni pa-
ciencia et longanimitate cū gau-
dio. Grac̄ias agētes deo patri. q̄
dignos nos fecit in partē sortis sā-
ctoꝝ in lumie Qui eripuit nos de
potestate tenebray: et trāstulit in
regnū filij dilectionis sue. In quo
habem⁹ redēpcionē. ⁊ remissionē
peccatoꝝ. Per ih̄m christū: domi-
nū nostz. **Sc̄dm Matheū. ix.**

Fil. t. Loquēte ihesu ad tur-
bas: ecce pnceps vn⁹ accessit
et adorauit eū: dicens. Dñe: filia
mea modo defuncta ē. s; veni im-
pone manū sup eam: et viuet. Et
surgens ih̄s. sequebat eū. ⁊ disci-
puli eius. Et ecce mulier q̄ sangui-
nis fluxū paciebat duodecim an-
nis: accessit retro: et tetigit fimbri-
am vestimenti eius. Dicebat em̄
intra se Si tetigero tm̄ vestimētū
ei⁹: salua ero. At ih̄s cōuersus ⁊ vi-
dens eam: dixit. Cōfide filia: fides
tua te saluam fecit. Et salua facta
est mulier ex illa hora. Et cum ve-
nisset ihesus. in domū principis
R iij

et vidisset tybicides et turbam tu
multuantē dicebat. Recedite: nō
est em̄ mortua puella. sed dormit.
Et deridebāt eū. Et cū ciecta esset
turba: intrauit et tenuit manum
ei? et surrexit puella. Et exijt fama
hec in vniuersam terram illam.

Dominica. xv. Introitus.

Dixit dñs ego cogito cogitacō
nes pacis et nō afflictionis i
uocabitis me et ego exaudia vos
et reducā captiuitatē vram de cūc
tis locis. **Ps.** Benedixisti dñe ter
rā tuā auertisti captiuitatē iacob.

Oratio dñe qm̄s Collecta.

Qtuorū fidelium voluntates. vt
diuini opis fructū p̄p̄sius exequē
tes: pietatis tue remedia maiora
p̄cipiat. **P.** **Itō Jherē. p̄he. xxiij.**

Quod dies veniūt dñs. et sus
citabo dauid germē iustū et
regnabit rex et sapiēs erit: et faciet
iudiciū et iusticiā in terra. In dieb?
illis saluabit iuda: et israhel habi
tabit p̄fidenter. Et hoc ē nomē qd
vocabūt eū: dñs iustus n̄r. Prop̄
hoc ecce dies veniūt dñs: et non
dicēt ultra viuit dñs q̄ eduxit fili
os israhel de terra egypti: s; viuit
dñs q̄ eduxit et adduxit semē dom?
israhel de terra aq̄lonis: et de cūc
tis terris ad quas eieceram eos il
lic. Et habitabūt in terra sua. Di
xit domin? om̄ipotens. **Grad.**

Liberasti nos domie de affligē

tibus nos et eos qui nos oderunt
cōfudisti. **v.** In deo laudabimur
tota die et noi tuo cōfitebimur in
secula. **Alia. v.** In exitu isra
hel de egypto dom? iacob de p̄p̄o
barbaro. **v.** Facta ē iudea sancti
ficatio eius israhel potestas eius.

Euāgeliū. **Q**um subleuasset oculo
s ihesus. **R. iij. dñica in. xl. xli.**

Offert. **D**e profundis clamaui
ad te dñe dñe exaudi oracionē me
am. **Secreta.**

Propicius esto dñe supplicatio
nibus nostris et populi tui oblacō
nibus p̄cibusq; susceptis: omniū
nostz ad te corda p̄uerte. vt a ter
renis cupiditatib? liberi: ad cele
stia desideria transeam?. **P.** **Cō.**

Amē dico vobis q̄cquid orantes
petitis credite quia accipietis et fi
et vobis. **Cōplenda.**

Quoniam nobis dñe quesum?. vt
per hec sacramēta que sumpsim?
q̄cquid in nostra mēte viciosum ē
ipsi? medicacionis dono curet. **P.**
Feria. vi. Scdm̄ Marcum. xij.

Fil. i. d. i. d. i. Vigilate et ora
te: nescitis ei q̄n tēpus sit. Si
cut hō q̄ p̄egre p̄fect? reliq̄t domū
suā: et dedit seruis suis potestatē
cuiusq; opis. et ianitori p̄cepit vt
vigilet Vigilate ergo: nescitis em̄
q̄n dñs dom? veiat. sero an media
nocte. an gallicantu. an mane: ne
cū venerit repente. inueniat vos

dormientes. Quod aut vobis dico:
omnibus dico: vigilate.

**Sabbato quatuor temporum In ad/
uentu domini Introitus.**

Ueni et ostende nobis faciem tuam
domine qui sedes super cheru-
bin et salui erimus. **Ps.** Qui re-
gis israel intende qui deducis ve-
lut ouem ioseph. **Orem?** Ele-
ctamus genua. **Leuate. Dine**

Dominus vobiscum. Collecta.

Deus qui conspicias quia ex no-
stra prauitate affligimur.
concede propitius: ut ex tua visitatione
solemur. **Et uiuis et reg.**

Lectio psalme prophete. xxx.

Fratres illis. Clamabunt filii
israel ad dominum a facie tribulan-
tis: et mittet eis saluatorem. et propug-
natorum qui liberet eos. Et agnoscat
dominus ab egypto et agnoscat egyptum
dominum in die illa: et colent eum in ho-
stis et mulieribus: et vota uouebunt
domino et soluent. Et percuciet dominus
egyptum plaga: et sanabit eam. Et re-
uertetur ad dominum: et placabitur
eis. Et sanabit eos dominus deus noster.

Sia. A summo celo egressio eius et
occursum eius usque ad summum eius. **v.**
Celi enarrant gloriam dei et opera ma-
nuum eius annunciat firmamentum. **Si-**

ne. Dominus vobiscum. sed de. Orem?

Flecta. ge. Leuate. Collecta.

Qoncede quos operis deus: ut qui sub
pecti iugo ex uetusta seruitu-

te deprimimur: expectata unigeniti
filii tui noua natiuitate libere-
mur. **Et re. Ico psalme prophete. xxxv.**

Decor domini deus. Letabitur deser-
ta et inuia et exultabit solitu-
do: et florebit quasi lilium. Germinans
germinabit: et exultabit letabunda et
laudans. Gloria libani data est ei:
decor carmeli et saron. Ipsi uide-
bunt gloriam domini: et decorum dei nostri. **Co-**
fortate manus dissolutas: et genua
debilia roborate. Dicite pusillanti-
mis confortamini: et nolite timere. Ec-
ce deus uel uelacionem adducet retribu-
tionis: deus ipse ueliet et saluabit uos
Tunc aperientur oculi cecorum: et aures
surdorum patebunt. Tunc saliet sicut cer-
uus claudus: et aperta erit lingua mu-
torum: quia scisse sunt in deserto aquae: et tor-
rentes in solitudine. Et quae erat arida
in stagnum: et siciens in fontes a-
quarum: dicit dominus opus. **Sia. In**

sole posuit tabernaculum suum et ipse

tanquam sponsus procedens de thalamo

suo. A summo celo egressio eius
et occursum eius usque ad summum eius.

Dine. Dominus uobiscum. sed de. Oremus.

Flecta. ge. Leuate. Collecta

Indignos nos quos domine famu-
los tuos quos actionis proprie cul-
pa tristat: unigeniti filii tui aduen-
tu letifica **Et re. Ico psalme prophete. xl.**

Decor domini deus. Super mon-
tem excelsum ascende tu qui

euangelistas spon: exalta in fortu-

tudine vocē tuā q̄ euāgelizās iherusalē. Exalta noli timere. Dicitur uitatib? iude: ecce deus uester. Ecce dñs deus in fortitudine ueniet: et brachium eius dominabit. Et te merces eius cū eo: et opus illi? coram illo. Sicut pastor gregē suum pascet: in brachio suo congregabit agnos. et in sinu suo leuabit eos. Domin? deus noster.

Grad. Domine deus uirtutū cōuerte nos et ostende faciem tuā ⁊ saluū erimus. **ū.** Excita dñe potēciam tuā et ueni ut saluos facias nos. **Dine.** Dñs uobiscū **sed dicitur O rem? Electam? genua. Leuate. Collecta.**

Presta quesum? oēs deus: ut filij tui uētura solēpnitas. et present? nobis uite remedia cōferat. et premia eterna pcedat. **P**eūdem. **lectio psalē pphete. xlv.**

Dec dicit dñs christo meo cyro cuius apprehēdi dexteram. ut subijciam ante faciē eius gentes: et dorsa regū uertā. Et aperiam coram eo ianuas: et porte nō claudētur. Ego ante te ibo: et gloriosos terre humiliabo. Portas ereas conterā: ⁊ uectes ferreos cōfringā. Et dabo tibi thesauros absconditos et archana secretorū: ut scias q̄a ego dñs qui uoco nomen tuū deus israhel ppter seruū meū iacob. et israhel electum meū. Et

uocaui te nomine tuo: assimilauit te: et non cognouisti me. Ego dominus et non est amplius: extra me non est deus. Accinxi te et non cognouisti me: ut sciant hī qui ab ortu solis et qui ab occidente. quoniam absq; me nō est deus. Ego dominus: et nō est alter. Formās lucem: et creans tenebras. Faciens pacem: et creans malum. Ego dominus: faciens omnia hec. Exorate celi desuper et nubes pluāt iustū: aperiat̄ur terra et germinet saluatorēm. et iusticia oriatur simul **Ego domin? creauī eum.**

Grad. Excita domine potēciā tuam ⁊ ueni ut saluos facias nos **ū.** Qui regis israhel intende qui deducis uelut ouē ioseph q̄ sedes super cherubin appare corā effraim beniamin et manasse. **Dine.** Domin? uobiscū. **sed dicit O remus. Electam? ge. Leuate.**

Preces ppli tui q̄s **Collecta.** dñe clemēter exaudi: ut qui iuste p peccatis nris affligimur. pietatis tue uisitacōne psolemur **Q̄ uiuis. Ico Daniel pph. iij.**

Pdieb? illis. Angel? dñi descendit cū azaria et socijs ei? i fornacē: et excussit flāmā ignis de fornace. ⁊ fecit mediū fornacis q̄si uentū rois flantē. Flāma autē diffusa est sup fornacem cubitis quadraginta nouem: et incēdit quos

C

repperit iuxta fornacem de calde /
is ministros regis qui eā incende /
bant. Illos aut̄ oīnino non tetigit
ignis. neq; cōtristauit: nec quicq;
molestie intulit. Tunc hī tres q̄si
ex vno ore laudabant et glorifica /
bant: et benedicebāt deū in forna /
ce dicentes. **Hymnus.**

Benedictus es domine de^s pa /
trū nostrorū. Et laudabilis
et gloriosus in secula. Et benedic /
tum nomen glorie tue qđ est sanc /
tum. Et laudabile ⁊ gloriosum in
secula. **B**enedictus es ī templo
sancto glorie tue. Et laudabilis ⁊.
Benedictus es super thronū san /
ctum regni tui. Et laudabilis et.
Benedictus es super sceptrū di /
uinitatis tue. Et laudabilis. Bene /
dict^s es qui sedes super cherubin
intuens abyssos. Et laudabilis.
Benedictus es qui ambulas su /
per pennas ventorū. Et laudabilis.
Benedictus es qui sedes sup se /
dem maiestatis tue. Et laudabilis.
Benedicant te om̄es āgeli et san /
cti tui. Laudabilē et gloriosum ī se /
cula. Benedicāt te celi et terra et
oīa q̄ in eis sūt. Laudabilē. **G**loria
p̄ri ⁊ filio ⁊ sp̄iū sancto. Laudabili
et glorio in secula. Sicut erat in
p̄ncipio et nūc et semp̄ et in secula
seculorū amē. Laudabili. **B**enedi /
ctus es dñe deus patrū nostrorū.
Et laudabilis ⁊ gloriosus ī secula

Domini vobiscū. **Hinc. Flecta**
mus genua. **Orem^s. Collecta.**

Deus q̄ trib^s puer^s mitigasti
flāmas igniū cede p̄cius
vt nos famulos tuos non exurat
flāma viciorū. **P. Ad thel. scđa. ij.**

Frēs. Rogam^s vos p̄ aduētū
dñi nr̄i ihu christi. ⁊ nr̄e cōgre /
gacionis in idipsū: vt non cito mo /
ueamini a v̄ro sensu. neq; terrea /
mini neq; p̄ sp̄m neq; p̄ sermonē.
neq; p̄ epistolā tanq; p̄ nos missā.
quasi instet dies dñi. Ne quis vos
seducat vllō modo. Quā nīsi vene /
rit discessio p̄mū. et reuelat^s fue /
rit homo peccati filius p̄dicionis:
qui aduersat^s ⁊ extollitur supra oī /
ne quod dicitur deus aut qđ colit.
ita vt in templo dei sedeat: osten /
dens se tanq; sit deus. Non retine /
tis. qm̄ cū adhuc essem apud vos
hec dicebam vobis: Et nunc quid
detineat scitis: vt reuelet^s in suo tē /
pore. Nam mysteriū iam opatur
iniquitatis: tācū vt qui tenet nūc
teneat. donec de medio fiat Et tūc
reuelabitur ille iniquus. quē dñs
ihesus interficiet spiritu oris sui:
et destruet illustratione aduētus
sui. **Tractus. Qui regis isra**
hel intende qui deducis velut ouē
ioseph. **vs.** Et sedes sup cherubin
appare coram effraim beniamin ⁊
manasse. **vs.** Excita dñe potenciā
tuā ⁊ veni vt saluos factas nos.

Secūdum Iucam. liij.

Anno quito decimo iperij ty /
berij cesaris. pcurate pōcio
pplato iudeā. tetrarcha autē galī
lee herode. philippo autē fratre eius
tetrarcha ituree ⁊ traconitidis re
giois. et lisanā abūline tetrarcha
sub principib⁹ sacerdotū anna et
cappha: factum est verbū domini
sup iohānem zacharie filiū in de /
serto Et venit in omnē regionem
iordanis. predicās baptisimū peni
tencie in remissionē peccatorū: sic
scriptū est in libro sermonū psalē
pphete. Vox clamātis in deserto:
parate viam domini. rectas facte
semitas eius. Omnis vallis i /
plebitur: et omnis mōs et collis hu
miliabitur. Et erunt praua indi /
recta: et aspera in vias planas Et
videbit omnis caro: salutare dei.

Offert. Exulta satis filia spon p /
dica filia iherusalem ecce rex tu⁹
venit tibi sanct⁹ ⁊ saluator.

Acclesie tue domine **Secreta.**
munera sanctifica: et cōcede: vt p
hec veneranda mysteria pane ce
lesti refici mereamur. Per. **Cō.**

Aultauit vt gpgas ad curren /
dam viam a summo celo egressio
eius et occurfus eius vsq; ad sum
mū eius. **Cōplenda.**

Quesumus domine deus noster:
vt sacrosancta mysteria que pro
reparacionis nostre munimie cō

tulisti. et presens nobis remediū
esse facias et futurū. Per.

Expliciūt officia de tempore.

In summis festis.

Gloria in excelsis deo.

Te missa est.
Temporalibus et in festis omeliaz.

Gloria in excelsis deo.
In vigilia pasche ratum.

Benedicamus dño alleluia.
*In die pasche et hebdomada
et dñicis diebus et in festis omelia
rū vsq ad oct penth. canitur.*

Te missa est alleluia.
*Ferialibus diebus post pascha et
in festis triū lectionū.*

Te missa est alleluia.
In duplicibus et semiduplicibus

Gloria in excelsis deo.

Te missa est
*In festis beate marie virgis et in
comemo. ipsius q̄ fit sabbatis die/
bus. et in scda missa natiuita. dñi.*

Gloria in excelsis deo.

Te missa est
Intra aduē. et lxx. i. me. bte. ma.

Benedicamus domino.
*In festis. ix. lectionū et infra
oct. solēpnes et in comemo. sacri pe
tri et scōz magoz et dñicis diebus
q̄ non nocē. canitur extra. lxx.*

Gloria in excelsis deo.

Te missa est.
In festis scōz officiat. iij. lect.

Gloria in excelsis deo.

Te missa est.
*In aduentu dñi dñicis dieb?
et in. lxx. et q̄ non canitur. Sla in.*

Benedicamus domino.

Requiescant in pace.
*Scdm aliquos canit de do/
mina in comemo. ipsius.*

Gloria in excelsis deo.

Te missa est.
o i

Hymnus angelicus.

Gloria in excelsis deo. **E**t in terra pax hominibus bone voluntatis. **L**audamus te. **B**enedicimus te. **A**doramus te. **G**lorificamus te. **G**racias agimus tibi propter magnam gloriam tuam. **D**ne deus rex celestis deus pater omnipotens. **D**omine fili unigenite ihesu christe altissime. **D**ne deus agnus dei fili patris. qui tollis peccata mundi miserere nobis. **Q**ui tollis peccata mundi suscipe deprecationem nostram. **Q**ui sedes ad dexteram patris miserere nobis. **Q**uoniam tu solus sanctus. **T**u solus dominus. **T**u solus altissimus. ihesu christe. **Q**ui sancto spiritu in gloria dei patris. Amen.

De domina nostra.
Gloria in excelsis deo. **E**t in terra pax hominibus bone voluntatis. **L**audamus te. **B**enedicimus te. **A**doramus te. **G**lorificamus te. **G**racias agimus tibi propter magnam gloriam tuam. **D**omine deus rex celestis deus pater omnipotens. **D**omine fili unigenite ihesu christe. **S**piritus et alme orphanorum pater. **D**ne deus agnus dei filius patris. **P**rimogenitus marie virginis matris. **Q**ui tollis peccata mundi miserere nobis. **Q**ui tollis peccata mundi suscipe deprecationem nostram. **A**d marie gloriam

Qui sedes ad dexteram patris miserere nobis. **Q**uoniam tu solus sanctus. **M**ariam sanctificas. **T**u solus dominus. **M**ariam gubernas. **T**u solus altissimus. **M**ariam coronas ihesu christe. **Q**ui sancto spiritu in gloria dei patris. Amen.

Dolempnicer.

Credo in unum deum.
Divinaliter.

Credo in unum deum. **P**atrem omnipotentem factorem celi et terre visibilium omnium et invisibilium et in unum dominum ihesum christum filium dei unigenitum et ex patre natum ante omnia secula. **D**eum de deo lumine de lumine deum verum de deo vero. **G**enitum non factum consubstantiali patri. **P**er quem omnia facta sunt. **Q**ui propter nos homines et propter nostram salutem descendit de celis. **E**t incarnatus est de spiritu sancto ex maria virgine. **E**t homo factus est. **C**rucifixus etiam pro nobis sub pontio pilato. **P**assus et sepultus est. **E**t resurrexit tertia die secundum scripturas. **E**t ascendit in celum sedet ad dexteram patris. **E**t iterum venturus est cum gloria iudicare vivos et mortuos. **C**uius regni non erit finis. **E**t in spiritum sanctum dominum et vivificantem: qui ex patre filioque pro-

cedit. qui cum patre et filio simul adoratur et cōglorificat. qui locutus est p̄ prophetas. Et vnā sanctam catholicam et apostolicā ecclesiā. Cōfiteor vnū baptisma in remissionē peccatorū. Et expecto resurrectionē mortuorū. Et vitā vēturi seculi. Amen. **Sequitur. Dñs vobiscū. Oremus. Deinde Offer. Post offertoriū ad abluendū digitos.**

Lauabo inter innocētes manus meas ⁊ circūdabo altare tuū dñe. **Deinde fac signū crucis super calicem.**

In noīe patris ⁊ filij ⁊ sp̄itus sancti. **Quid retribuā dom̄o pro oibus que retribuit michi. Accipe calicem dicendo. Calicem salutaris accipiā ⁊ nomē dñi inuocabo. Tenēs calicem in medio altaris dic.**

In sp̄itu humilitatis ⁊ aīo contrito suscipiamur dñe a te. ⁊ sic fiat sacrificiū nostrū vt a te suscipiat hodie: ⁊ placeat tibi dñe deus.

Deinde facta cruce cū calice. patena ⁊ hostia cū hīs verbis In noīe patris ⁊ filij ⁊ sp̄itus sancti. pone eū sup corpali. Deinde accipe patenam cū hostia et dic.

Aceptū sit tibi oīpotenti deo sacrificiū istud altari tuo suppositū. et in aspectu diuine maiestatis ascendat. **Deinde facta cruce cū pa-**

tena ⁊ hostia cū hīs verbis In noīe patris ⁊ filij ⁊ sp̄itus sancti. pone hostiā sup corpali. Deinde benedic utriūq; dicendo.

Uenī sanctificator op̄s eterne deus. sanctifica hoc sacrificiū nomini tuo preparatū. Per christū dominū nostrū. **Inclina et dic.**

Suscipe sancta trinitas hanc oblationē quā tibi offerim⁹ in memoriā passionis resurrectionis ⁊ ascensionis dñi nr̄i ihesu christi. ⁊ in honorē beate marie semp virginis ⁊ oīm scōrū. vt illis proficiat ad honorē. nobis autē ad salutē. et vt illi pro nobis intercedere dignentur in celis. quorū memoriā agimus in tr̄is. Qui viuīs ⁊ regnas deus p̄ oīa secula seculorū. Amen.

Verte te ad populum dicēdo.

Orate pro me peccatore fratres et sorores. vt meū pariter ⁊ vestrū sacrificiū acceptabile fiat apud deum oīmpotentē. **Oremus. Deinde legatur Secreta. Cōcludendo eandē tali modo Per dñm nostrū ihesum christū filiū tuū qui te cū viuīs ⁊ regnat in unitate sp̄itus sancti deus. Deinde prefatio s̄m tempus.**

Sequitur prefaciones Et prima In natuitate domini pfacio. Solempnis.

Per oia secula seculor. **D**ñs
vobiscū. **S**ursum corda. **G**rās
agamus domino deo nostro.

Vere dignum et iustum est
equū et salutare. **N**os tibi sem
per et ubiq; grācias agere domi
ne sacre pater om̄ipotēs etne deus.

Quia per incarnati verbi myste
riū noua mētis nostre oculis lux
tue claritatis insul sit. **U**t dum
visibiliter deū cognoscim? p hunc
in inuisibiliū amorē rapiamur.

Et i deo cū angelis et archange
lis cum thronis et dominacionib?

Qumq; omni milicia celestis ex
ercitus hymnū glorie tue canim?
sine fi nedi ten tes. **In natiuita
te dñi p̄sa. dñical.**

Per omnia se
cula seculor. **D**ñs vobiscū **S**ur
sum corda. **G**rācias agamus do
mino deo nostro.

Vere dignum et iustum est
equū et salutare. **N**os tibi semp
et ubiq; grās agere dñe sancte pa
ter oipotens eterne deus. **Q**uia
per incarnati verbi mysterium
noua mētis nostre oculis lux tue
clarita tis insul sit. **U**t dum

visibiliter deum cognoscim? per
hunc in invisibiliu amorem rapu
amur. Et ideo cum angelis et ar
changelis cum thronis et domia
cionibus. Quinqz omni milicia
celestis exercitus hymnu glorie
tue canimus sine fine dicentes.

*In epiphania do
mini prefacio so
lemnis.*

Per omnia
secula seculoz. **D**ominu vobiscu.

Sursu corda **G**racias agamus
domino deo nostro.

Tere dignum et iustum est e/
quu et salutare. **N**os tibi semp
et ubiqz gratias agere domie san

cte pater omnipotens eterne de.

Quia cum unigenitus tuus in
substacia nostre mortalitatis ap
paruit noua nos immortalitatis
sue lucere parauit. **E**t i deo cu
angelis et archangelis cum thro
nis et dominacionib? **Q**umqz o/
ni milicia celestis exercitus hym
nu glorie tue canimus sine fi ne

dicentes. *In epiphia pfa. dñica.*

Per omnia secula seculorum.

Dominus vobiscum. **S**ursum
corda. **G**racias agamus domio
deo nostro.

Uere dignū et iustū est equū corda. **G**racias agamus domio

et salutare. **N**os tibi semp ⁊ ubi deo nostro.

qꝫ gratias agere dñe sancte pater

Uere dignū et iustū est equū

omnipotens eterne deus. **Q**uia

et salutare. **N**os tibi semp ⁊ ubi

cū vnigenitus tuus in substantia

qꝫ gratias agere dñe sancte pater

noſtre mortalitatis apparuit no /

omnipotēs eterne deus. **Q**ui coe

ua nos immortalitatis ſue luce re /

porali ieiunio vicia cōprimis mē /

parauit. **E**t ideo cū angelis ⁊ ar

tem eleuas virtutē largiris ⁊ pre

chāgelis cū thronis ⁊ dñacionibꝫ.

mia. **P**er chriſtū dñm noſtrꝫ **Q**ue

Qūqꝫ omī milicia celeſtis exercitꝫ

quē maiestatē tuā laudāt angeli

hymnū glorie tue canimꝫ ſine ſi

adorāt dñacionēs tremunt poteſta

In .xl. ſerialibꝫ diebꝫ
qñ de tpe ſuatꝫ vſqꝫ ad
ne dicētes. **dm̄cā in paſſi. dñm p̄ſa.**

tes. **C**eli celoꝝqꝫ virtutes ac bea

Per omnia ſecula ſeculorum.

ta ſeraphim ſocia exultatione con

Dominus vobiscum. **S**urſum

celebrāt. **C**ū qꝫbus ⁊ n̄as voces

ut admitti in beas deprecamur

supplici confessione dicentes
*et omnia in passione domini singu-
lis diebus usque ad vigiliam pasche que
de tempore servatur. et in utrisque fe-*

stis sancte crucis

Per omnia secula *prefa. sollemnis.*

la seculorum. **D**ominus vobiscum. **S**ursum

corda. **G**razias agamus domino deo nostro

Uere dignum et iustum est e quem

et salutare. **N**os tibi semper et ubique

que grazias agere domine sancte pater

omnipotens eterne deus. **Q**ui salu-

tem humani generis in ligno cru-

cis constituisti ut unde mors orie-

batur inde vita resurgeret. **E**t

qui in ligno vincebat in ligno quo-

que vinceretur. **P**er christum dominum

nostrum. **P**er quem maiestatem

tuam laudant angeli adorant do-

minaciones tremunt potestates.

Angeli celorumque virtutes ac bea-

ta seraphim sociis exultatione

concelebrant. **Q**uium quibus et no-

stras voces ut admitti iubeas de-

precamur supplici confessione di-

centes. *De sancta cruce que officium
misse de eadem per an-
num servatur pre-*

Per omnia *facio dominicalis.*

secula seculorum. **D**ominus vo-

biscum. **S**ursum corda. **G**ra-

cias agamus domino deo nostro

Uere dignū et iustum est e
quū et salutare. **N**os tibi semp
et ubiq; gratias agere domine san
cte pat omnipotens eterne deus.
Qui salutem humani generis
in lig no crucis consti tuisti ut
on de mors orie batur inde ut
ta resurgeret. **E**t q̄ in ligno vni
cebat in ligno quoq; vinceretur.
